
ΑΝΑΣΣΩΝ ΦΟΙΒΕ ΠΑΡΝΑΣΟΥ ΤΕ
ΚΡΑΝΑΝ ΚΑΣΤΑΛΙΑΝ ΦΙΛΕΩΝ

CURAE MENANDREAE.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.

CRACOVIAE.
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM.
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE POLONICAE.
(SPÓŁKA WYDAWNICZA POLSKA).
1892.

Seorsum impressum ex XVII Tomo Dissertationum Classis philologicae
Academiae Litterarum Cracoviensis.

Cracoviae, 1892. — Typis Universitatis Iagellonicae, provisore A. M. Kosterkiewiczio.

CURAE MENANDREAE.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.

Promissi fidem praestans „Menandreis“ [1]) Analectorum fasciculum subiungo, quo studia in Monostichis Menandreis conlocata ex parte exeuntur. Mox „schedae Menandreae“ et „lectiones Menandreae“ succedent.

Versuum 564 syllogen in editione Meinekiana [2]) supplementum primum excipit 29 versibus constans, quos I. H. C. Schubartus e codice Vindobonensi philol. Gr. n. CLXV (A) descripserat, descriptos per Th. Bergkium cum editore communicavit. Ipso libro inspecto non truncum, sed integrum Monostichorum corpusculum deprehendi alphabetico litterarum ordine digestum, quod quidem in disputationem deducere placet.

Trimetros habes 82, quibus lemma poeticum praemittitur:

θαυμαστὸν οἴσεις καρπὸν ἄρδων τὰς φρένας
ἐκ τῶν ἐπῳδῶν [3]) τῶνδε τῶν ἀκηράτων.

Α) Mon. 565. 566. 26. 4.
Β) 567. 61. 568.
Γ) 80. (f. 80ᵛ) γονεῖς δὲ τίμα καὶ γέροντας αἰσχύνου. 569. 92.

---

[1]) „Rozprawy Wydziału filologicznego Akademii Umiejętności“ vol. XV (Cracoviae 1891) p. 320 sqq.

[2]) „Fragmenta Comicorum Graecorum“ ed. mai. vol. IV (1841) p. 356 sq.; ed. min. vol. II (1847) p. 1060 sq.

[3]) ἐπωδῶν Codex.

Δ) 570. διὰ πενίαν μηδενὸς καταφρόνει. 134. 130.
E) 173. 179. 571.
Z) 186. 193.
H) ἢ λέγε τι σεμνόν, εἰ δὲ μή, σιγὴν ἔχε. 572. 220. 573.
Θ) 574. 248. 231.
I) <in margine librarius supplevit Mon. 263 (=673) et 257>. 266. 575.
K) 303. 300. 276. 576.
Λ) 310. 577. 312. 327.
M) 578. 341. 348.
N) 579. 580. 375.
Ξ) 389. 391. 393.
O) 423. 415. 581. 582.
Π) 449. 453. 583 (= 703).
Σ) 485. 484. 476. (f. 88ᵛ) 475.
T) 584. 585. 503. 586 (= 719).
Υ) 521. 518. 587. 588.
Φ) 589. 527. 532. 590.
X) 591. 540. 592. 544.
Ψ) 549. 550. 593. 547.
Ω) 752. ὧν ἦρξε γαστήρ, τὸ φρονεῖν ἀφῃρέθη (ἀφηρέθη Codex). ὦ γῆρας ἀνθρώποισιν εὐκταῖον (εὐκτέον Codex) κακόν.

Quinque igitur versus a Meinekio nondum editos lucramur:

1) γονεῖς δὲ τίμα καὶ γέροντας αἰσχύνου.

Ultima vox corruptela laborat, quam coniectura εὐσέβει facile tollere possumus. De versus introitu cf. Mon. 105 γονεῖς δὲ τίμα καὶ φίλους εὐεργέτει, constructionem εὐσεβεῖν τινα auctores gravissimi comprobant[1]) cf. Aeschylus Agam. 338 εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεούς, Suppl. 853 ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβῶν, Sophocles Philoctet. 1441 εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς, Euripides Phoeniss. 1321 τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν, Troad. 85 οὓς ἂν τὸ λοιπὸν τἄμ' ἀνάκτορ' εὐσεβεῖν | εἰδῶσ' Ἀχαιοί, fr. 252, 3 (Nauck; Trag. Gr. Fragm. ed. 2) τάδ' ἐστὶ χρήματ', ἥν τις εὐσεβῇ θεόν (cl. fr. 362, 8 ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου), Incertus fr. 350, 2 p. 905 N. οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς, —

[1]) Eandem perperam in dubium vocarunt Valckenaer (ad Euripid. Phoeniss. 1331), Porson (ad Phoen. 1340), Seidler (ad Troad. 85), alii. Simili ratione verbum ἀσεβεῖν cum accusativo coniungunt Aeschylus Eumen. 270 et Plato Leg. XII p. 941 A. Recentiora utriusque constructionis exempla prudens omitto.

Isocrates Or. I 13 p. 4 D πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς, III 2 p. 26 B ὅτι τὰ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβοῦμεν.

De sententia cf. Plutarchus de educ. puer. 10 p. 7 E δεῖ θεοὺς μὲν σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβύτας αἰδεῖσθαι et Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 32, 15 sq. (Patrol. Gr vol. XXXVII p. 917) θεὸν φοβοῦ πρώτιστα καὶ γονεῖς τίμα, | ἱερεῖς ἐπαίνει, πρεσβύτας σεπτῶς ἔχε, ubi versus prior vetustioris poetae fetum: θεὸν (sive potius θεοὺς) φοβοῦ πρώτιστα καὶ τίμα γονεῖς servasse videtur cf. Euripides fr. 853, 2 θεούς τε τιμᾶν τούς τε φύσαντας γονῆς, Mon. 230 θεὸν προτίμα, δεύτερον τοὺς σοὺς (malim δεύτερον δὲ τοὺς) [1]) γονεῖς, Monost. Paris. 71 („Wiener Studien" vol. XIII — 1891 — p. 60) θεὸν φιλεῖν δεῖ καὶ γονεῖς τιμᾶν πάλιν, Ps.-Phocylides 8 πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας, — Solo in Demetrii Phalerei syntagmate de septem sapientibus apud Stobaeum Flor. III 79 β [2]) φίλους (l. θεοὺς) [3]) εὐσέβει, γονεῖς αἰδοῦ, Pittacus apud Mullachium (ex Aldo) p. 216 πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον, γονέας αἰδοῦ, Cleobulus in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 135 θεὸν σέβεσθαι, γονέας αἰδεῖσθαι [4]) et in corpusculo metrico, quod praeeunte E. Woelfflino (Sitzungsberichte der k. bayer. Akad. der Wissenschaften 1886 p. 287 sqq.) edidit I. Stanjek [5]) v. 4 sq. θεὸν φοβεῖσθαι πᾶσιν ἡμῖν συμ-

[1]) Cf. Urb. 86 (Θ 2) θεὸν μὲν ἡγοῦ, δεύτερον δὲ τὴν τύχην (G. Meyer, d. Urbinatische Sammlung von Spruchversen des Menander, Euripides und Anderer; — Abhandlungen der I Cl. d. bayr. Akad. d. Wissensch. XV Bd. II Abth. p. 433).

[2]) Alterum sententiae membrum praeter codicem A omittit Arsenius Viol. p. 435, 7 (Walz).

[3]) Mendi causam sententia, quae praecedit, adfert: χρῶ τοῖς θεοῖς, siquidem φίλοις pro θεοῖς reponendum est. Falso utrumque praeceptum Valckenaer (ad Euripid. Hippol. 996 sq.) in unum contraxit: χρῶ τοῖς θεοῖς ὡς φίλοις, γονεῖς αἰδοῦ cf. Solo apud Laertium Diogenem I 60 (θεοὺς τίμα, γονεῖς αἰδοῦ) et in corpusculo, quod ex Aldi editione (cf. Menandrea p. 320) repetivit Mullachius, Fragm. Philos. Gr. vol. I (1860) p. 216 (θεὸν σέβου, γονεῖς αἰδοῦ). — De praecepto: χρῶ τοῖς φίλοις cf. Periander apud Mullachium p. 215 (ex Aldo) φίλοις χρῶ, Thales Demetrii Phalerei apud Stobaeum Flor. III 79 ε (et Arsenium p. 292, 10) τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ. Monitum φίλοις χρῶ adgnoscunt praeterea codex Parisinus Gr. 1630 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 143, 5 et sylloge codicis Laurentiani Plut. LX n. 4 (τῶν ἑπτὰ σοφῶν παραγγέλματα, ἅτινα εὑρέθησαν κεκολαμμένα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς κίονος) apud F. Schultzium, Philolog. vol. XXIV p. 216 n. 90.

[4]) Cf. codex Parisinus Lat. n. 8069 (de Cleobulo) parentes verere, deum time (W. Brunco, zwei lateinische Spruchsammlungen kritisch behandelt — Programm der kgl. bayerischen Studienanstalt in Bayreuth (1885) — p. 32).

[5]) Quaestionum de sententiarum septem sapientium collectionibus Pars I (Dissert. Vratisl. 1891) p. 18 sqq.

φέρει | καὶ τοὺς καλῶς θρέψαντας αἰδεῖσθαι γονεῖς, Sosiades Praec. sept. sap. apud Stobaeum Flor. III 80 (vol. I p. 90, 14 Meineke) et Arsenium p. 439, 10 θεοὺς σέβου, γονεῖς αἰδοῦ, Ps.-Isocrates Or. I 16 p. 5 B (cf. Appendix) τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, Dio Chrysostomus Or. LXIX 2 (vol. II p. 368 Reiske) δικαίως δ' ἐπιμεληθῆναι γονέων, ὁσίως δὲ θεραπεῦσαι θεούς.

2) διὰ πενίαν μηδενὸς καταφρόνει.

Legendum: διὰ πενίαν δὲ μηδενὸς καταφρόνει. — De praecepto ipso cf. Menander fr. 301, 9 sq. μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν | ἡμῶν καταφρόνει, Incertus apud G. Meyerum, Nachlese zu den Spruchversen des Menander und Anderer (Sitzungsberichte der philos.-philol. Cl. der k. bayer. Akademie der Wissenschaften 1890 vol. II) p. 370 μὴ καταφρονήσῃς τοῦ πένητος εὐτυχῶν, Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 32, 126 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 925) καὶ μὴ πένητος ὀρφανοῦ καταφρόνει, ubi ὀρφανοῦ indigi notionem induere videtur cf Carm. I 2 n. 32, 65 (ibid. p. 921) γελῶσιν οἱ πλουτοῦντες ὀρφανῶν ψόγους et Incertus apud Georgidam (Anecd. Gr. ed. Boissonade, vol. I) p. 21, 3 γελῶσιν οἱ πλουτοῦντες πενήτων ἤθη. — De paupere Menander fr. 6, 1 sq. tradit: πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γὰρ | καὶ πάντας αὑτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει, fr. 93, 1 εὐκαταφρόνητόν ἐστι Γοργία πένης [1]), ac similiter Incertus fr. 230 (vol. III p. 452 Kock) εὐκαταφρόνητός (recte Meinekius εὐκαταφρόνητόν corrigit) ἐστι πενία, Δερκύλε, quem versum equidem Menandro vindicandum esse censeo. Accedat Crantor apud Stobaeum Flor. XCVI 13 (et Arsenium p. 330, 2 sqq.) [2]) οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον | ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει | σπουδαῖος ᾖς, πένης δέ, κατάγελως ἔσει. Deperditae comoediae flosculos facile adgnosces apud Theophylactum Simocattam Epist. 29 p. 771 sq. (Epistolographi Graeci ed. Hercher) πεπαύμεθα πενίᾳ μαχόμενοι δυςνουθετήτῳ θηρίῳ καὶ δυςκόλῳ, ἢ δίκην ἕλκους τοῖς κεκτημένοις συμπλέκεται καὶ φιλοσύνηθές ἐστι κακόν, ῥᾳθυμοποιὸν κατηφές, πρὸς λύπην ἀπαρηγόρητον πρὸς ἀνίαν ὀξύῤῥοπον, ἄγρυπνον φιλομέριμνον ἐπίμοχθον, κακῶν ἐφευρετικόν, ἄδοξον

---

[1]) Trimetrum εὐκαταφρόνητός ἐστιν (l. ἐστι) πανταχοῦ πένης Menandro adsignat sylloge G. Meyeri, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 136 (Abhandlungen der philos.-philol. Cl. der k. bayer. Akademie der Wissenschaften vol. XIX 1—1891—p. 281).

[2]) Decurtatum textum offerunt codex Parisinus Gr. 1168 f. 116v (οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲ ἓν ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ᾖς, κατάγελως ᾖς) et Maximus 2 p. 571, 34 sqq. Combef. (οὐκ ἔστι πενίας μεῖζον οὐδὲν ἐν βίῳ | σύμπτωμα· καὶ γὰρ ἂν φύσει σπουδαῖος ᾖς | καταγέλαστος ἔσῃ).

εὐκαταφρόνητον ἀνεπίφθονον· οὐ γάρ τις ἐθέλει τηλικούτῳ κακῷ συναντᾶν, οὐδ' εἰ τὴν Ὀρέστου μανίαν κατακριθείη νοσεῖν, unde verba πενίᾳ μαχόμενοι πεπαύμεθα | δυςνουθετήτῳ θηρίῳ καὶ δυςκόλῳ inter Comicorum fragmenta (n. 183) recepit Kockius vol. III p. 443; ceterum cf. Plautus Stich. 174 sqq. Gelásimo nomen mi indidit parvó pater, | quia iam á pausillo púero ridiculús fui. | Proptér pauperiem hoc ádeo nomen répperei, | eo quia paupertas fécit ridiculús forem, Juvenalis Sat. III 152 sq. nil habet infelix paupertas durius in se, | quam quod ridiculos homines facit, XI 2 sq. quid enim maiore cachinno | excipitur vulgi, quam pauper Apicius?

3) ἢ λέγε τι σεμνόν, εἰ δὲ μή, σιγὴν ἔχε.

Cf. Incertus apud Stobaeum Flor. XXXIV 8 (= Maxim 20 p. 598, 3 sq. et Gnomolog. ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 50 ed. Schenkl [1]) ἢ σιγὴν καίριον ἢ λόγον ὠφέλιμον ἔχε. Simillimum Dionysii versum (fr. 6 p. 795 N.) ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχε in Menandreis tractavi p. 340 sq.

4) ὧν ἦρξε γαστήρ, τὸ φρονεῖν ἀφῃρέθη.

Fragmento Ps.-Phocylideo (v. 133 sq.) sine auctoris nomine subiungit codex Parisinus Gr. 1630 f. 192ʳ, ubi ἀφῃρέθη extat. — Facit huc versus: παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, quem ex Galeno (π. ἰατρ. καὶ γυμναστ. 37 vol. V p. 878 Kuehn) Comoediae fragmentis (non recte cf. Buecheler, Mus. Rhen. vol. XLIII — 1888—p. 295) Kockius inseruit (n. 1234 vol. III p. 613), aliis testimoniis neglectis, quorum numerum haud parvum esse Leutschii adnotatio ad Apostol. V 22ᵃ docet. [2]) Eundem trimetrum Gregorius Nazianzenus semel in usum suum convertit (Carm. I 2 n. 9, 589, Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 723), semel imitando expressit Carm. I 2 n. 32, 35 (ibid. p. 918) νοῦν λεπτὸν ὄγκος ἐκδιώκει γαστέρος, ubi vel forma γαστέρος sequioris aevi hominem prodit [3]).

---

[1]) „Wiener Studien" vol. XI (1889) p. 20.

[2]) Addi potest Sophon. de anima paraphr. p. 8, 21 (Hayd.). Joannis Chrysostomi gnomis verba παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νοῦν adnectit Antonius I 39 p. 48, 23 (Gesner). Ceterum ex mea quidem sententia potius iambographi, quam tragici versus delitescit.

[3]) Locutionem γαστρὸς ὄγκος usurpant Euripides Jon. 15 et Tragicus incertus fr. 186 p. 877 N.; cf. insuper Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 10, 446 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 712) γαστρός τις ὄγκος ὕδέρου πεπλησμένος. — Quae scribenti in memoriam redigitur A. Nauckii observatio, Mélanges Gréco-Romains vol. IV (1880) p. 195;

5) ὦ γῆρας ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.

Trimetro ὧν ἦρξε γαστήρ, τὸ φρονεῖν ἀφῃρέθη subiungit codex Parisinus Gr. 1630 f. 192ʳ, inter Gregorii Nazianzeni excerpta exhibet codex Parisinus Gr. n. 3058 [1]). Adprime huc facit senectutis definitio εὐεκτὲς κακόν, quam offert Secundi codex Gudianus apud Mullachium, Fragm. Philos. Gr. vol. I p. 514; neque enim dubitari potest, quin locutio εὐκταῖον κακὸν genuinum loci textum reddat [2])—Sententia ipsa plurimis veterum scriptorum locis inlustrari potest cf. Euripides fr. 1090 ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις, | καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν, | λαβὼν δὲ πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει, | ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν θνητῷ γένει, Antiphanes fr. 94, 1 sq. ὦ γῆρας, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἶ | ποθεινόν, ὡς εὔδαιμον, εἶθ' ὅταν παρῇς, | ἀχθηρόν, ὡς μοχθηρόν, fr. 238, 3 sq. (sive Crates fr. 3 p. 610 Nauck) [γῆρας] οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἢν δ' ἔλθῃ ποτέ, | ἀνιώμεθ', Menander fr. 555 ὀχληρὸν ὁ χρόνος ὁ πολύς· ὦ γῆρας βαρύ, [3]) | ὡς οὐδὲν ἀγαθόν, δυσχερῆ δὲ πόλλ' ἔχεις | τοῖς ζῶσι [4]) καὶ λυπηρά· πάντες εἰς σὲ δὲ | ἐλθεῖν ὅμως εὐχόμεθα καὶ σπουδάζομεν, Menecrates Anth. Pal. IX 54, 1 sq. (et apud Apostolium V 41ᵈ) γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ, | μέμφεται, Cicero Cat. Mai. II 4 quo in genere est inprimis senectus, quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti. — Accedat Incerti comici fragmentum n. 132 (vol. III p. 434 Kock) παραπλήσιον πρᾶγμ' ἐστὶ γῆρας καὶ γάμος· | τυχεῖν γὰρ αὐτῶν ἀμφοτέρων σπουδάζομεν, | ὅταν δὲ τύχωμεν ὕστερον, λυπούμεθα, unde Mon. 102 γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακὸν recto talo stare intellegi-

zu den Bruchstücken daktylischer Fabeln, welche Eberhard p. 96 sq. nach dem Vorgang von Lachmann p. VII sq. seiner Ausgabe des Babrius beigefügt hat, kommt eine von Boissonade in Tzetzes Alleg. Il. p. 320 aus einer Hs. von Joannis Georgidae Gnomol. mitgetheilte Stelle, die sich auf Babrius 86 zu beziehen scheint: γαστέρα ὄγκον ἔχουσαν | ἡ λεπτὴ χωρεῖν εἴσοδος οὐ δύναται'. Haec quidem vir acutissimus et doctissimus; verum enim vero Gregorii Nazianzeni subest locus Carm. II 1 n. 44, 49 sq. (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 1353).

[1]) E. Leutsch, Commentationis de Violarii ab Arsenio compositi codice archetypo particula prima (Ind. lect. aest. Gotting. 1856) p 8 v. 71.

[2]) Optatum malum Secundus senectutem adpellat in altercatione cum Hadriano p. 518 (Mullach) et apud Vincentium Bellovacensem Spec. Hist. X 71 (ibid. p. 516).

[3]) Sic recte Meinekius traditam lectionem βαθύ emendavit.

[4]) Corrigendum videtur: τοῖς πᾶσι cf. Philemo fr. 106, 1 πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν | λύπη.

mus [1]. In simili cogitatione versari videtur Eupolis fr. 383 εὐκτότατον γάμον. Nescio an poeta scripserit: εὐκτότατον γάμος κακόν.

Alterum eiusdem sylloges exemplar codex B (Vaticanus Gr. n. 127, chartaceus in 16°, saec. XV; „Ant. Card. Carafę Bibliothecarii munus ex testamento") offert f. 42ʳ sqq., ubi haec leguntur lemmate γνῶμαι παραινέσεις insignita:

A) Mon. 565. 566. 26. 4.
B) 567. 61. 568. 78.
Γ) 80. γονεῖς δὲ τίμα καὶ γέροντας αἰσχύνου. 569. 92.
Δ) 570. διὰ πενίαν μηδενὸς καταφρόνει. 134. (f. 43ʳ) 130.
E) 173. 179. 571. ἐν γὰρ γυρίῳ μάλιστα κρίνεται τρόπος.
Z) 186. 193. ζῆσον μετρήσας τὸν βίον πρὸς τὸν χρόνον. 200.
H) ἢ λέγε τι σεμνόν, εἶ (sic) σιγὴν ἔχε. 572. 220. 573.
Θ) 574. 248. 254. 231.
I) 266. 263 (= 673). 257. 575.
K) (f. 43ᵛ) 303. 300. 276. 576.
Λ) 310. 327.
M) 333. 578. 341. 348.
N) 579. 580. 375. νόμιζε πλουτεῖν, ἂν φίλους πολλοὺς ἔχῃς.
Ξ) 389. 391. ξένους νόμιζε τοὺς ἀρετῆς ὄντας ξένους. 393.
O) 423. (f. 44ʳ) 415. 581. 582.
Π) 449. 453. πειρῶ βλαβῆναι μᾶλλον ἢ δίκην λέγειν. 583 (= 703).
P) 473. 469. ῥυπαρὸς ὢν χρηστὸν οὐχ ἕξεις φίλον. 471.
Σ) 485. 484. 476. 475.
T) 584. 585. 503. 586 (= 719).
Υ) 521. 518. (f. 44ᵛ) 587. 588.
Φ) 589. 527. 532. 590.
X) 591. 540. 592. 544.
Ψ) 549. 550. 593. 547.
Ω) 752. ὧν ἦρξε γαστήρ, τὸ φρονεῖν ἀφῃρέθη. 756. ὦ γῆρας ἀνθρώποισιν (ἀνθρώποις Codex) εὐκταῖον κακόν. [γυνὴ πονηρὰ δυσπαράβατος (δυσπαράβατ' = δυσπαράβατον Codex) βρόχος· γυνὴ πονηρὰ τάφος ηὐτρεπισμένος· γυνὴ πονηρὰ (πονη: ρὰ Codex) παγὶς ἄφροσι πέλει· (f. 45ʳ) γυνὴ πονηρὰ θανατηφόρον βέλος· οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλῆς ὄφιος καὶ κακία ὑπὲρ κακίας γυναικός, καὶ συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκῶ ἢ μετὰ πονηρᾶς γυναικός].

[1]) Ineptam coniecturam γάμος γὰρ ἀνθρώποις ἀνήκεστον κακὸν protulit Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum Fragmenta I (1890) p. 164.

Quodsi B cum A in contentionis iudicium vocatur, primum duos versus corpusculi Vindobonensis in conlectione Vaticana omissos esse intelegimus, scilicet:

1) Mon. 312 λιμὴν πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς, quem versum etiam in Mon. 721 τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς delitescere equidem persuasum habeo. De sententia cf. Mon. 309 λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. — Similiter Mon. 56 ἄλυπον ἄξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου ex Mon. 595 ἄξεις ἀλύπως τὸν βίον χωρὶς γάμου fluxit, — Mon. 199 ζήτει γυναῖκα σύμμαχον τῶν πραγμάτων ex 188 ζήτει σεαυτῷ σύμμαχον τῶν πραγμάτων, — Mon. 212 ἡ δ' ἁρπαγὴ μέγιστον ἀνθρώποις κακὸν ex 602 ἡ δ' ἀργία πέφυκεν (l. μέγιστον) ἀνθρώποις κακόν, [1]) — Mon. 380 νόμων ἔχεσθαι πάντα δεῖ τὸν σώφρονα ex 580 νόμοις ἕπεσθαι πάντα δεῖ τὸν σώφρονα, — Mon. 523 ὕπνος δεινὸν ἀνθρώποις κακὸν ex 732 ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν, [2]) — Mon. 535 φίλων τρόπους γίγνωσκε, μὴ μίσει δ' ὅλως ex 742 φίλου τρόπους γίγνωσκε, μισήσῃς δὲ μή, — Mon. 539 χθὼν πάντα κομίζει καὶ πάλιν κομίζεται ex 89 γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται, Mon. 584 τὸ γνῶθι σαυτὸν πᾶσίν ἐστι χρήσιμον ex 730 τὸ γνῶθι σαυτὸν πανταχοῦ 'στι χρήσιμον, — Mon. 644 ἀνάπαυσίς ἐστι τῶν κακῶν ἀπραξία ex 596 ἀνάπαυσίς ἐστι τῶν κακῶν πάντων ὕπνος, — Mon. 747 χάριν χαρίζου, καθ' ὅσον ἰσχύεις ὅμως ex 635 χάριν χαρίζου, καθ' ὅσον ἰσχύειν δοκεῖς [3]). In his quidem versibus Meinekii incuriam parvae lectionum discrepantiae aliquatenus levant; nullam vero excusationem loci habent octo, quiquidem in editione Meinekiana sine ulla scripturae varietate repetantur: Mon. 58 et 599 βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ' οὐ ῥᾴδιον, 263 et 673 ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς, 325 et 683 λόγον παρ' ἐχθροῦ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον, 451 et 701 πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ, 478 et 629 σωτηρίας σημεῖον ἥμερος τρόπος, 509 et 731 τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς, 583 et 703 πολυπραγμονεῖν ἀλλότρια μὴ βούλου κακά, 586 et 719 τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται. Simili ratione sylloge PV, de qua in Menandreis adcuratius egimus, quinque versus in diversis capitibus repetit; scilicet 243 (cap. XXV et XLVI), 325 sive 683 (cap. XXIX et LVII), 411 (cap. XXXII et LXI), 509 sive 781 (cap. VIII et XLII), 557 (cap. LIV et LXXII). [4])

---

[1]) Falluntur F. W. Schmidtius, Kritische Studien zu den griechischen Dramatikern etc. vol. III (1887) p. 77 sq. et Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum Fragmenta I p. 165.

[2]) F. W. Schmidtii coniectura (o. l. vol. III p. 82) reiectanea est.

[3]) Mon. 622 ὅπου γυναῖκές εἰσι, πάντ' εἰσὶν κακὰ cum Mon. 694 ὅπου γυναῖκές εἰσι, πάντ' ἐκεῖ κακὰ consulto componere neglexi, siquidem alter locus (Menander fr. 804) in syllogen Meinekianam prave ex Stobaeo (Flor. LXXIII 58) inrepsit cf. „Menandrea" p. 354.

[4]) Pro Mon. 117 δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ κακηλόγος cap. LXI legimus: δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός, contra cap. LXIX δύσμορφος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακηγόρος exhibet. Qui loci disiunctissimi sunt maximeque diversi cf. „Menandrea" p. 365.

2) Mon. 577 λύπης ἰατρός ἐστιν ὁ χρηστὸς φίλος, ubi λόγος pro φίλο scripserim cf. infra.

Deinde B versuum ordinem ab A suppeditatum ita inmutat, ut Mon. 263 (sive 673) et 257 post Mon. 266, non ante Mon. 266 conlocet; manifesto in codicis A librario est culpa, qui versus primitus omissos falso loco suppleverit.

Trimetri denique ex B accedunt quattuordecim, ex quibus tantummodo octo apud Meinekium recurrunt: 78. 200. 254. 333. 469. 471. 473. 756. Non comparent:

1) ἐν γὰρ γυρίῳ μάλιστα κρίνεται τρόπος.

Legendum: ἐν ἀργυρίῳ μάλιστα κρίνεται τρόπος cf. Antiphanes fr. 232, 5 sqq. (vol. II p. 113 K.) πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων· | ὅταν εὐπορῶν γὰρ αἰσχρὰ πράττῃ πράγματα, | τί τοῦτον ἀπορήσαντ' ἂν οὐκ οἴει ποιεῖν;

2) ζῆσον μετρήσας τὸν βίον πρὸς τὸν χρόνον.

In B trimetri introitus parum dilucide est expressus. Verum videtur: ζῇ συμμετρήσας. Similem sententiae colorem habes apud Plutarchum „non posse suaviter vivi secundum Epicurum" 17 p. 1098 E τῶν δὲ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῶν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ τιμὴν καὶ χάριν, οὐκ ἔστιν αὐτῶν μέτρον τοῦ βίου χρόνος, unde versus (Comic. Incert. n. 1241 vol. III p. 614 K.) οὐκ ἔστιν αὐτῶν μέτρον ὁ τοῦ βίου χρόνος cum Wyttenbachio eruendus est, licet obloquatur Cobetus Mnemos. N. S. vol. I (1873) p. 360. — Locutionem ipsam duo Sophoclis exempla optime inlustrant: O. R. 73 καί μ' ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ | λυπεῖ et 936 καὶ τῷ μακρῷ γε συμμετρούμενος χρόνῳ,[1]) — neque quidquam offensionis praepositio πρὸς adferre potest: eodem modo συμμετροῦμαι πρός τι dixerunt Plato Tim. p. 39 C, Polybius IX 15, 3, Sextus Empiricus Pyrrhon. I 98 p. 23, 23 (Bekker), — σύμμετρος πρός τι Plato Leg. I p. 625 D, Tim. p. 67 C. 90 A, Polybius VIII 8, 1; 15, 4, — συμμετρία πρός τι Plato Sophist. p. 228 C, Reip. VII p. 530 A, Tim. p. 66 D. 87 D.

3) νόμιζε πλουτεῖν, ἂν φίλους πολλοὺς ἔχῃς.

Facit huc Mon. 526 φίλους ἔχων νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν cf. praeterea Anth. Pal. X 39, 1 θησαυρὸς μέγας ἐστ' ἀγαθὸς φίλος, Ἡλιόδωρε, Sextus apud H. Schenkelium, Φιλοσόφων λόγοι (Florilegia

[1]) Alium sensum phrasis συμμετρήσασθαι βίον apud scriptores Byzantinos induit cf. G. Dindorfius, ad Sophoclis Tragoedias annotationes (Oxon. 1836) p. 54.

duo Graeca — 1888 — p. 11) n. 66 ἀρίστους θησαυροὺς τοὺς φίλους ἡγοῦ et Gnomolog. Vatic. n. 86 („Wiener Studien" vol. X — 1888 — p. 7) ὁ αὐτὸς (scil. Ἀλέξανδρος) μέλλων εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν πυνθανομένου Φωκίωνος αὐτοῦ, ποίοις χρήμασι πεπιστευκὼς ἐπὶ μέγαν καὶ πλούσιον βασιλέα Δαρεῖον μέλλει στρατεύειν, δείξας τοὺς φίλους εἶπεν· τούτοις. — Itaque cavendum, ne falso sententia extricetur, quam innuunt Platus Trucul. 885 verum est verbum, quod memoratur: ubi amici, esse ibidem opes et Quintilianus Instit. Orat. V 11 41 Ea quoque, quae volgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt, quale est: ubi amici, ibi opes.

4) ξένους νόμιζε τοὺς ἀρετῆς ὄντας ξένους.

5) πειρῶ βλαβῆναι μᾶλλον ἢ δίκην λέγειν.
Idem versus in Urb. 170 (II 16 p. 445 Meyer) delitescit: πειρῶ βλάβην μάλιστα ἢ δίκας ἔχειν, unde ἔχειν pro λέγειν recipiendum est.

6) ῥυπαρὸς ὢν χρηστὸν οὐκ ἕξεις φίλον.
Legendum: ῥυπαρὸς ὑπάρχων χρηστὸν οὐχ ἕξεις φίλον, quam emendationem extra omnem dubitationis aleam sententia communis ῥυπαρὸς ὑπάρχων οὐχ ἕξεις ἄριστον φίλον ponit, quam exhibent Antonius I 24 p. 29, 26 (sub Libanii nomine, ubi lemma ad sequentem sententiam pertinet), sylloge codicis Parisini Gr. 1168 (f. 146ʳ — 162ʳ) f. 159ʳ n. 171 aliique fontes indicati ab H. Schenkelio ad Gnomolog. ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 108 („Wiener Studien" vol. XI — 1889 — p. 31). Gregorii Nazianzeni testimonium (ῥυπαρὸς ὢν οὐχ ἕξεις ἄριστον φίλον) infra proferetur.

Seclusi particulam, qua mulieres inprobae insectationibus petuntur, ut quae a sylloges nostrae ratione prorsus abhorreat. Eiusmodi cavillationibus librarii scioli saepius ex libidine sententiarum corpuscula claudunt cf. e. gr. Gnomologium Baroccianum apud Wachsmuthium, Studien zu den griechischen Florilegien — 1882 — p. 215 [1]). In B ultimum dictum librarius ex Sirach. detorsit XXV 15 sq. (οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι θυμὸς ὑπὲρ θυμὸν ἐχθροῦ·

[1]) Apophthegmatum fontes quosdam Wachsmuthius excitavit; tantummodo ad n. 215 haec editoris notula comparet: Solonis apophthegma mihi aliunde ignotum cf. tamen quae ad Gnomol. Vatic. n. 504 a nobis congesta sunt testimonia „Wiener Studien" vol. XI p. 224.

συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκήσω ἢ ἐνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς), horridissimos versus ipse composuisse putandus est [1]).

Iam vero de sylloges ipsius auctore quaestio exoritur. Quaestionem codex B adfert, quiquidem nostrum Monostichorum corpus Gregorii Nazianzeni carminibus intexat. Ac primo quidem adspectu omnes versus ad Theologum auctorem referendos esse facile effici cogique potest, facilius tamen re diligentius considerata coniectura illa ad inritum redigitur, cum plures conlectionis nostrae trimetros ad auctores Gregorio longe superiores redire certissima testimonia doceant. Pertinent huc:

M o n. 4 ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

Cf. Incerti tragici versus (n. 79 p. 854 N.) apud Aristotelem Rhet. II 21 p. 1394ᵇ, 21 et in codice Parisino 2991 A apud Boissonadum Anecd. Gr. vol. III p. 467, 7: ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλασσε (φύλαττε Anecd.) θνητὸς ὤν. Plura suppeditabunt „Schedae Menandreae" ad n. 5.

M o n. 26 ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Versu nostro Menandrum et in Arrhephoris (fr. 72) et in Heautontimorumeno (fr. 143) usum esse testantur Orion Anthologn. I 11 et codex Bembinus ad Terentii Heautontim. II 4, 4 (384) nám mihi quale ingénium haberes, fúit indicio orátio. Menandro tribuit etiam sylloge G. Meyeri, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 304 p. 293; consulantur insuper „Schedae Menandreae" ad n. 4.

M o n. 78 (om. A) βίον καλὸν ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ ἔχῃς.

Philemoni (fr. 239) Stobaeus vindicat Flor. LXVIII 20 (Φιλίτα A, Φιλήτου Trinc. cum Apostolio IV 97ᵇ). — Ceterum Meinekii coniecturam τρέφῃς pro ἔχῃς optime codex C (Laurentianus Plut. LX n. 14) confirmat cf. Mon. 468 ῥᾷον βίον ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ τρέφῃς, Monost. Paris. 10 („Wiener Studien" vol. XIII p. 58) ἄμεινόν ἐστιν ἀνδρὶ μὴ γαμετὴν τρέφειν.

M o n. 80 γλώσσης μάλιστα πανταχῇ πειρῶ κρατεῖν.

Chareti (fr. 2 p. 826 N.) adsignat Stobaeus Flor. XXXIII 44, ubi recte πανταχοῦ extat. Eandem memoriam praeter Antonium I 73 p. 73, 46 et Maximum 20 p. 597, 19, qui itidem Charetem tamquam auctorem adgnoscunt [2]), servant C, I (codex Va-

---

[1]) Similes sunt Joannis Pediasimi στίχοι εἰς γυναῖκα πονηρὰν καὶ κακότροπον, quos aliis praeeuntibus Christianus Walzius in Arsenii appendice p. 515 sq. edidit.

[2]) Nihil de Antonio et Maximo Nauckius monet, sicuti etiam ad Antiphan. fr. 289 Kockius Mon. 173 laudare neglexit; eiusmodi supplementa saepius tacite a nobis adiecta esse semel dictum esto.

tic. Gr. 305), K (cod. Vatic. Gr. 915), PV, Urb. 4 (p. 423 Meyer).

M o n. 130 δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.
Versus recurrit apud Euripidem Iphig. Taur. 1032.

M o n. 173 εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.
Antiphani (fr. 289) tribuunt Stobaeus Flor. XXI 4, Maximus 56 p. 662, 41, Gnomica Basileensia n. 32 p. 148 [1]), Menandro codex Tubingensis apud K. Bureschium, Klaros (L. 1889) p. 125 n. 87.

M o n. 179 ἔστιν Δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Tamquam versus quintus recurrit in poetae novicii fragmento, quod Philemoni (fr. 246) adscripsit Iustinus Martyr de monarch. 3 p. 138, Diphilo Clemens Alexandrinus Strom. V p. 721, Eusebius Praep. Evang. XIII 13 [2]), Theodoretus Therapeut. 6 p. 88, 5. Sine auctoris nomine laudant Plutarchus adv. Colot. 30 p. 1124 F (unde Incerti tragici fragmentum effecit Nauckius n. 421 p. 920) et Apostolius VII 98^{e}. Menandro versus ἔστι Δίκης ὀφθαλμὸς ὁ βλέπων πάντα (sic) adsignatur apud G. Meyerum, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 127 p. 281.

M o n. 193 ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος.
Non diversus est Aeschyli versus (fr. 401, 1) apud Stobaeum Flor. CXXI 17 ζωῆς πονηρᾶς θάνατος εὐπορώτερος, siquidem αἱρετώτερος pro εὐπορώτερος reponendum est cum Nauckio cf. „Schedae Menandreae" ad n. 14.

M o n. 300 καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.
Antiphani (fr. 258, 1) vindicat Stobaeus Flor XCVII 1, Cratoni (sive potius Crantori) Maximus 2 p. 571, 37, codex Parisinus Gr. 1168 f. 116^{v}, Apostolius IX 43, Catoni (sic) Antonius I 33 p. 44, 5. — A et B κρεῖττον pro μᾶλλον offerunt [3]), eandemque scripturam adgnoscit Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 28, 145 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 867), sed praestat exquisitior lestio μᾶλλον, quam eodem modo Antiphanes adhibuit fr. 101 ἐν γῇ πένεσθαι μ ᾶ λ λ ο ν ἢ πλουτοῦντα πλεῖν, ubi

[1]) Scriptores aliquot Gnomici ed. J. Frobenius (Basil. 1521).

[2]) Meinekii errorem de Eusebio (vol. IV p. 67) Kockius fideliter repetit vol. II p. 539.

[3]) Apud Antonium habes: κρεῖσσον καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς. Lectionem κρεῖττον falso praefert Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum Fragmenta I (1890) p. 166.

κρεῖττον (κρεῖσσον) praebent Stobaeus Flor. LIX 15, Crameri Anecd. Oxon. vol. I p. 189, 4, Etymologicum Magnum p. 415, 29, Etymologicum Gudianum p. 233, 52 [1]), Suidas vol. I 2 p. 800, 8 (Bernhardy) s. v. ἤ [2]), genuinam memoriam μᾶλλον servant Diogenianus IV 83, Diogenianus Vindob. II 77, Gregorius Cyprius Leid. II 14, Macarius III 79, Suidas vol. I 2 p. 234, 9 s. v. ἐν, Apostolius VII 27; cf. Comicus incertus fr. 480 Kock (vol. III p. 498) παλινδρομῆσαι μᾶλλον ἢ κακῶς δραμεῖν, Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 10, 392 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 708) σοφὸν πένητα μᾶλλον ἢ Μίδαν κακόν [3]), ibid. n. 28, 146 (p. 867) ταπεινὸν εἶναι μᾶλλον ἢ φυσώμενον, denique incerti auctoris [4]) versus apud Gregorium Nazianzenum Carm. I 2 n. 39, 4 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 968), Anecd. Oxon. vol. I p. 189, 7, Etymolog. Magn. p. 415, 31, Etymolog. Gudian. p. 233, 55: ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης. — Apud Menandrum fr. 588 κρεῖττον γάρ ἐστιν, ἂν σκοπῇ τις κατὰ τρόπον, | μὴ πόλλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν, | πενίαν τ' ἄλυπον μᾶλλον ἢ πλοῦτον πικρὸν v. 3 Stobaei codices (Flor. XCVII 2) particulam τ' omittunt; itaque fragmentum peculiare eadem ratione compositum: πενίαν ἄλυπον μᾶλλον ἢ πλοῦτον πικρὸν lucramur, Meinekii vero sententiam, θέλοιμ' ἔχειν ante πενίαν — πικρὸν supplentis (Praef. ad Stob. vol. III p. XXXV), commode dimittere possumus.

Mon. 415 οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.

Eundem versum sub Epicharmi nomine (Inc. 23 p. 261 Lorentz) laudare videtur Stobaeus Flor. XXI 18 οὐδὲ εἷς (οὐδεὶς Codd.) οὐδὲν μετ' ὀργῆς κατὰ τρόπον βουλεύεται. Nostro loco ἀσφαλῶς pro κατὰ τρόπον facili opera ex Mon. 412 οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς ἐπίσταται inrepere potuit, ubi clausulam ἀσφαλῶς βουλεύεται offerunt PV et Ps.-Callisthenes II 16 p. 73b (Mueller), innuit corrupta Gnomologii Urbinatis scriptura n. 146 (O 13 p. 442 Meyer): οὐδεὶς τὸν πόλεμον ἀσφαλῶς βούλεται cf. etiam Philistion

[1]) Sturzii textus: κρεῖσσον ἐν γῇ πένεσθαι ἢ πλουτοῦντα πλεῖν mero errore niti videtur; scribendum erat: κρεῖσσον ἐν γῇ πένεσθαι κτλ., quemadmodum Antiphanis verba citantur apud Suidam et in Anecdotis Crameri. Ceterum Kockius Etymologici Gudiani testimonium prorsus neglexit.

[2]) Mon. 664 consulto seclusi; cf. Menandrea p. 352.

[3]) De versus ipsius auctore infra coniecturam proferemus.

[4]) Cf. quae dixi ad Gnomolog. Vatican. n. 97 („Wiener Studien“ vol. X — 1888 — p. 13).

apud G. Meyerum, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 205 p. 286 τῆς γὰρ τύχης τὸ μέλλον οὐκ ἐπίστασαι et Eustratius in Aristotel. Eth. VI 3 (Ald. 88ʳ, 29 = p. 290, 29 Heylbut) διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δημοσθένης καταιτιώμενος, ὅτι τοῦ μέλλοντος ἀποτέτευχεν, οὕτως ἑαυτοῦ ἀπεσκευάσατο τὴν αἰτίαν, οὐδείς, εἰπών, περὶ (uncis incluserim) τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται. — De locutione κατὰ τρόπον cf. Mon. 229 Θεὸν σέβου καὶ πάντα πράξεις κατὰ τρόπον (κατὰ τρόπον pro ἐνθέως obtulit codex Parisinus 1168 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 155, 7), Antiphanes fr. 39, 2 περιπατήσεις κἀπονίψει κατὰ τρόπον | τὰς χεῖρας, Alexis fr. 125, 10 sq. ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον, fr. 280, 1 sq. ὦ παῖ, μέγιστος ἐρανός ἐστι μοι τὸ σὲ | θρέψαι κατὰ τρόπον, Dionysius fr. 2, 6 (vol. II p. 423 K.) τοῦψον ποιῆσαι κατὰ τρόπον, Philemo fr. 88, 2 εἴ τις ἐξετάζοι κατὰ τρόπον, Menander fr. 148, 1 λογίσασθαι κατὰ τρόπον, Apollodorus fr. 17 (vol. III p. 294 K.) χαλεπὸν τύχη 'στι πρᾶγμα, χαλεπόν· ἀλλὰ δεῖ | αὐτὴν φέρειν κατὰ τρόπον, ὥσπερ φορτίον, — Plato Phileb. p. 33 C, Hipp. Mai. p. 286 D, Polit. p. 310 C, Cratyl. p. 425 B, Reip. IX p. 581 B, Hyperides Epitaph. Col. IX 57 (Blass) aliique scriptores recentiores.

Mon. 449 πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται διδάσκαλος.

Ad Menandrum auctorem referunt gnomae Menandri et Philistionis ex codice Parisino 1166 editae (vol. IV p. 335 Mein.) v. 1, ubi habes: πολλῶν ὁ καιρὸς γίνεται παρέτιος (cf. Studemund, Ind. lect. Vratisl., aest. 1887 p. 40). Παραίτιος etiam in PV legitur, attamen scripturam διδάσκαλος praeter A, B aliasque Monostichorum conlectiones, e. gr. cod. E (Vindobon. Theol. Gr. n. 128), I (Vatic. Gr. n. 305), K (Vatic. Gr. n. 915), Urbin. n. 166 (Π 12 p. 444 Meyer), adgnoscit Antonius I 47 p. 53, 41 (Gesner), confirmant codex Parisinus 1168 f. 158ᵛ n. 161 (sive Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 100) [1]) πολλοῖς ὁ καιρὸς ἐπὶ πᾶσι τοῖς πράγμασι γίνεται διδάσκαλος et versus proverbialis (Macarius VII 24, Mantissa Proverbiorum II 65, Apostolius XIV 40ᵃ) πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.

---

[1]) „Wiener Studien“ vol. XI p. 30. Varia lectio πολλοῖς (pro πολλῶν) sine dubio genuinum textum (πολλοῖς ὁ καιρὸς γίγνεται διδάσκαλος) exprimit cf. Mon. 706 προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν. Eodem mendo laborat Mon. 220 ἡ γλῶσσα πολλῶν (l. πολλοῖς) ἐστιν αἰτία κακῶν cf. cod. K. f. 46ᵛ πολλοῖς κακῶν ἡ γλῶσσα γίνετ' αἰτία cl. Mon. 205 ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.

Mon. 471 ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

Idem versus (quem auctoris nomine suppresso laudant Orion Anthologn. VIII 24 et Stobaeus Flor. CXIV 5, respiciunt Cassius Dio XXXVIII 18, Choricius Gazaeus fr. 24 p. 286 Boiss.) recurrit apud Euripidem Alcest. 1078.

Mon. 532 φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην.

Alexidi (fr. 295) vindicat Stobaeus Flor. VI 24. — Gemellum proverbium ἡδονὴν φεῦγε τίκτουσαν λύπην (Mantissa Proverbiorum I 65) ex sententia communi manavit, quam Soloni adsignant Demetrius Phalereus in Stobaei Florilegio III 79 β (ἡδονὴν φεῦγε, ἥτις λύπην τίκτει), aliique testes apud G. Brunconem, de dictis VII sapientium a Demetrio Phalereo collectis (Acta seminarii philologici Erlangensis vol. III — 1884 —) p. 337 sq.

Mon. 544 χαίρειν ἐπ' αἰσχροῖς οὐδέποτε χρὴ πράγμασιν.

Versus textum Meinekius ex memoria: χαίρειν ἐπ' αἰσχρὸν οὐδέποτε χρὴ πρᾶγμα recuperavit; haud male A offert χαίρειν ἐπ' αἰσχροῖς οὐδόλως δεῖ πράγμασι (B: χαίρειν — οὐδόλως οὐ πράγμασιν), nescio tamen, an Sophoclis delitescat fragmentum (n. 840), quod servat Stobaeus Flor. V 14 χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς οὐ χρή ποτε.

Mon. 550 ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.

Procul dubio Aeschyli versus innuitur Prom. 378 ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, ubi ψυχῆς pro ὀργῆς adgnoscunt Plutarchus Consol. ad Apollon. 2 p. 102 B, Georgius Pachymeres Declam. XI p. 222, 14 sq. (Boissonade), Georgides in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 100, 5, Eustathius Thessalonicensis ad Homeri Il. 8, 37 p. 696, 33 et 15, 44 p. 1005, 21; cf. etiam Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα („Wiener Studien" vol. XI p. 39) n. 154 ψυχῆς νοσούσης ἰατροί εἰσιν γνησίων λόγοι.

Mon. 576 κόλαζε κρίνων, ἀλλὰ μὴ θυμούμενος.

Demonacti vindicant (fr. 2 p. 827 N.) Georgides in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 118, 11, Antonius II 53 p. 121, 44 (Δημοκ.), Maximus 19 p. 595, 22, Melissa Augustana XXXIV 17 [1]), codex Parisinus Gr. 1168 f. 104^{v} (Δημωνάκτου), 1630 f 192^{r} (Δημόνακτος).

---

[1]) Cf. C. Wachsmuth, Studien zu den griechischen Florilegien (1882) p. 141. — Gnomologii Barocciani praeceptum (n. 219) κόλαζε κρίνων πραότητι μᾶλλον, ἀλλὰ μὴ θυμούμενος Wachsmuthius ibid. p. 206 ex mea quidem sententia contra auctoris mentem in trimetri formam (κόλαζε κρίνων, ἀλλὰ μὴ θυμούμενος) redegit; solent enim Gnomologi poetarum verba leviter inflexa proponere cf. e. gr. Gnom. Barocc. 70 λιμὴν μὲν πλοίου ὅρ-

Mon. 578 μηδέποτε δοῦλον ἡδονῆς σαυτὸν ποίει.

Anaxandidis esse versum (fr. 60, 1, ubi Kockius vol. II p. 161 nostrum testimonium neglexit) docet Stobaeus Flor. VI 23, qui praeterea alterum adiungit trimetrum: λάγνης γυναικός ἐστιν, οὐκ ἀνδρὸς τόδε.

Mon. 585 τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν μὴ σεαυτῷ ζῆν μόνῳ.

Non differt versiculus sub Menandri nomine a Stobaeo laudatus CXXI 5ᵃ (fr. 507): τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον, de quo loco Kockius vol. III p. 145 Monostichi nostri immemor pravum commentum in aleam dedit. Ceterum οὐχ ἑαυτῷ praestare videtur, μόνῳ unice recta est lectio cf. Gregorius Nazianzenus Carm. II 1 n. 12, 714 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 1218) οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὅςτις αὑτῷ ζῇ μόνῳ. Adde Mon. 48 ἄρεσκε πᾶσι καὶ σὺ (l. πᾶσιν, ἀλλὰ) μὴ σαυτῷ μόνῳ et 76 βούλου δ' ἀρέσκειν πᾶσι, μὴ σαυτῷ μόνον, ubi μόνῳ (μόνω) distincte exhibent codices D (Vaticanus Gr. n. 845), G (Palatinus Gr. n. 122), H (Laurentianus Plut. X 22), confirmat Sylloge codicis Parisini 1168 f. 148ᵛ n. 26 (sive Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 21) [1]) βούλου πᾶσιν ἀρέσκειν καὶ μὴ σαυτῷ μόνῳ (σαυτῶ μόνω Cod.).

Mon. 592 χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντα πρὸς τὸ φῶς ἄγει.

Philemoni (fr. 192) sive potius Incerto tragico (n. 511 p. 939 N.) adsignat Stobaeus Ecl. I 8, 26 p. 98, 4, cuius haec est memoria: χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντα εἰς φάος ἄγει. — Nostro loco τὸ Meinekius addidit, πρὸς A habet, μὲν εἰς (sic) B; e corrupta Stobaei scriptura Meinekius eliciebat (Comicorum Graecorum Fragmenta vol. IV p. 61) χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντ' ἂν εἰς τὸ φῶς ἄγοι et ◡ — χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντ' εἰς φῶς ἄγει, Kockius (vol. II p. 530) χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντ' ἀεὶ πρὸς φῶς ἄγει, Nauckius l. c. χρόνος τὰ κρυπτὰ πάνθ' ἁπλῶς εἰς φῶς ἄγει. Equidem temptavi: χρόνος τὰ κρυπτὰ πάνθ' ὅλως εἰς φῶς ἄγει cf. Alexis fr. 219, 9 εἶναι μανιώδη πάντα τἀνθρώπων ὅλως, Philemo fr. 31, 5 πάντα δ', ἂν σκοπῇς, ὅλως, Diphilus fr. 87, 5 (ex Kockii emendatione) ὅλως ἅπαντα μᾶλλον ἢ ταύτας τρέφειν. — Versum

μος, βίου δὲ ἀλυπία et Mon. 318 λιμὴν πλοίου μέν, ἀλυπία δ' ὅρμος βίου (l. πλοίου λιμήν ἐσθ' ὅρμος, ἀλυπία βίου), Barocc. 223 θνητὸς ὢν ἀθάνατον μὴ φύλαττε ὀργὴν et Mon. 4 ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

[1]) „Wiener Studien“ vol XI p. 13, ubi Schenkelius in codice Parisino μόνον legi falso testatur. — Codex Baroccianus 50 offert: βούλου πᾶσιν ἀρέσκειν, ἀλλὰ μὴ σαυτῷ μόνῳ.

ipsum imitando expressit incertus auctor, qui „Vitam Aesopi“ conscripsit, p. 48, 5 (Westermann) πάντα δὲ τὰ καλυπτόμενα ὁ χρόνος εἰς φῶς ἄγει cf. praeterea quae congessi ad Mon. 459 et in „Schedis Menandreis“ n. 7.

Verum haec hactenus! Causae firmamentum in testibus exploratae fidei ita conlocavimus, ut sylloges nostrae versus a Gregorio Nazianzeno non procusos esse in oculos incurrat. Nec tamen facili opera eo adducor, ut codicis Vaticani memoriam prorsus fictam et commenticiam esse putem: immo argumentis illis certis et inlustribus argumenta haud exilia opponi possunt, quae rationem quandam Theologo cum Monostichorum corpusculo intercedere probent. Ac primum quidem sententiae nostrae adminiculum Gregorii Nazianzeni carmina praebent, utpote quae quattuor sylloges Vaticanae trimetros tamquam flosculos Theologi versibus intextos repetant, scilicet:

1) Mon. 300 καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.
= Carm. I 2 n. 28, 145 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 867), ubi κρεῖσσον pro μᾶλλον extat. Eodem modo etiam A. B κρεῖττον adgnoscunt cf. supra p. 179.

2) Mon. 415 οὐδεὶς μετ᾽ ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.
= Carm. I 2 n. 32, 115 (vol. XXXVII p. 925). Genuinam scripturam κατὰ τρόπον (pro ἀσφαλῶς) neque Gregorius neque A. B servant cf. p. 180 sq.

3) Mon. 423 οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
= Carm. I 2 n. 32, 97 (vol. XXXVII p. 923), ubi βέλτιον pro κάλλιον legitur. Eundem textum innuit codex Parisinus Gr. 2991 A in Boissonadi Anecd. Gr. vol. III p. 472, 4, qui metri compagibus ruptis offert: οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἐν βίῳ βέλτιον φίλου [1]). Accedat Sylloge codicis Parisini Gr. 1168 f. 148r n. 25 (sive Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 20) [2]) βέλτιον κτῆμα φίλου πιστοῦ τῶν ὄντων οὐδέν. — A volgatam lectionem exhibet, qua de cf. Menander fr. 644 ὅταν εὐτυχῇ τις, εὐνοοῦντος οἰκέτου | οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ, — B haud inlepidum interpolatoris commentum venditat: οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κρεῖσσον ἢ φίλος cf. Euripides Orest. 1155 οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ φίλος σαφής, Androm. 986 οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον οἰκείου φίλου, Sophocles Philoct. 673 παντὸς γένοιτ᾽ ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

---

[1]) Cf. quae dixi ad Gnomolog. Vatic. n. 471 („Wiener Studien“ vol. XI p. 213).
[2]) „Wiener Studien“ vol. XI p. 13.

4) Mon. 453 πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.

= Carm. I 2 n. 32, 98 (vol. XXXVII p. 923), ubi μηδέπου κτήσῃ φίλον sive potius μηδέποτε κτήσῃ φίλον habes, cum μηδέπου tantummodo ex prava coniectura inrepserit. Eodem ducit codicum A et B scriptura: μήποτε κτήσῃ (κτήση) φίλον. — De κτήσῃ cf. Mon. 618 ξένον προτίμα καὶ φίλον κτήσῃ καλόν, Sophocles Ai. 1360 τοιούσδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους, Euripides El. 1038 μιμεῖσθαι θέλει | γυνὴ τὸν ἄνδρα χἄτερον κτᾶσθαι φίλον, Hec. 879 τίς σοι ξυνέσται χείρ; πόθεν κτήσει φίλους; Herc. fur. 1404 ὦ πρέσβυ, τοιόνδ' ἄνδρα χρὴ κτᾶσθαι φίλον, Iphig. Aul. 404 αἰαῖ, φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας, Suppl. 225 εὐδαιμονοῦντας δ' ἐς δόμους κτᾶσθαι φίλους, fr. 32, 18 sq. φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις | κέκτησο, — Solo apud Demetrium Phalereum in Stobaei Flor. III 79 β (= Arsen. p. 435, 3 sq.) φίλους μὴ ταχὺ κτῶ·[1]) οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε, Isocrates Or. II 27 p. 20 B φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας.

Ad maiora venio. Inter Gregorii Nazianzeni excerpta, quae Leutschius e codice Parisino Gr. n. 3058 in lucem protulit[2]) praeter Mon. 423 et 453[3]) quattuordecim conlectionis nostrae versus sunt recepti, quorum nec vola nec vestigium in superstitibus Theologi carminibus adparet, scilicet:

1) Mon. 200 ζῶμεν ἀλογίστως προσδοκῶντες μὴ θανεῖν.

Cf. v. 72 ζῶμεν ἀνέντως· μὴ προσδοκῶμεν θανεῖν. — B μὴ προσδοκῶντες pro προσδοκῶντες μὴ exhibet, refragante metro. — Versus ipse fortasse ad Menandrum auctorem redit; cui sententiae Menandri praeceptum suffragaretur, ab Ausonio Latine redditum XXIII 18 p. 427 (Peiper): Re fruere ut natus mortalis: dilige sed rem | tamquam immortalis. Fama est in utroque verenda, nisi versus illos a Bartholomaeo Merula expressos esse constaret ex epigrammate Lucianeo Anth. Pal. X 26 ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε, | ὡς δὲ βιώ-

---

[1]) Sententia: μὴ ταχέως τοὺς φίλους κτῶ inter Clitarchi gnomas extat in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 132, 1; Soloni praeceptum φίλους μὴ ταχέως κτῶ tribuit idem codex (Parisinus 1630) ibid. p. 136, 10 et. etiam Brunco o. l. (ad p. 182) p. 340.

[2]) Commentationis de Violarii ab Arsenio compositi codice archetypo particula prima (Ind. lect. Gotting. aest. 1856) p. 5 sqq.

[3]) Mon. 423 ibidem βέλτιον habes, sed praeterea χρῆμα pro κτῆμα extat. Mon. 453 μηδέπω κτήσῃ legitur, quam scripturam etiam D (Vatic. Gr. 845) adgnoscit.

σώμενος φείδεο σῶν κτεάνων· | ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας | φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο cf. insuper Epigr. n. 303, 3 sq. (Kaibel) καὶ βιότῳ χρῆσαι μήθ' ὡς ἐς αἰῶνας ἔχων ζῆν, | μήθ' ὡς ὠκύμορος, Democritus apud Stobaeum Flor. XVI 16 οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, Ps.-Isocrates Or. I 9 p. 3 E ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητός, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος, 32 p. 9 B (sive Gnomol. Byz. 202)[1] ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι, θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν, — Seneca „de brevitate vitae“ c. 4: tamquam semper victuri vivitis. Omnia tamquam mortales tenetis: omnia tamquam immortales concupiscitis.

2) Mon. 257 ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερβάλλῃς βίῳ.

Cf. v. 27 ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερέχῃς πλούτου. Innuitur codicis B lectio: ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερέχῃς πλούτῳ (ἴσος-ὑπερέχης πλούτω Cod.), A ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερέχῃς χρυσίῳ offert, ubi χρυσίῳ interpolatori debetur: genuinum versus textum: ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερέχῃς τῷ βίῳ servant F (Vindob. phil. Gr. n. 167), G. (Palat. Gr. n. 122), H (Laurentianus Plut. X n. 22). Tribrachyn falso tollunt PV: ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι, κἂν προὔχῃς βίῳ et codex Parisinus Gr. n. 1168 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 155, 12, ex quo Meinekius ὑπερβάλλῃς βίῳ se recepisse adfirmat, quamquam Boissonade ἴσος ἴσθι πᾶσι, κἂν ὑπερβάλλῃς τύχῃ edidit, in codice ἴσος ἴσοις pro ἴσος ἴσθι extare testans; cf. etiam Addenda p. 453 sq.

3) Mon. 393 ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος.

Cf. v. 41 ξίφος τιτρώσκει σάρκας, τὸν δὲ νοῦν λόγος. Idem versus recurrit apud Apostolium XII 22ᵃ, metro sanato σάρκα pro σάρκας AB praebent.

4) Mon. 476 σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἐκδέχου συμβουλίαν.

Cf. v. 54 σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν. Genuinam scripturam προσδέχου praeter PV et C (Laurentian. Plut. LX n. 14) adgnoscit B; — in A ἐκδέχου legitur, sed primam syllabam vocula πρὸς erasa manus secunda adiecit. Ceterum versui nostro cum PV subiungi debet Mon. 483 σοφὴ σοφῶν γὰρ γίγνεται συμβουλία, unde codicis Parisini 1168 textum (in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 158, 9) σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς εὐλαβοῦ συμβουλίας[2] reiectaneum esse elucet: cf. etiam C f. 74ᵛ ἐχθροῦ παρ' ἀνδρὸς μὴ δέχου συμβουλίαν.

[1]) apud Wachsmuthium, Studien zu den griechischen Florilegien p. 199.

[2]) σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς εὐλαβοῦ συμβουλίαν offert Urb. 182 (Σ 2 p. 446).

5) **Mon.** 484 σιγᾶν ἄμεινον ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
= v. 55.

6) **Mon.** 503 τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ.
= v. 56.

7) **Mon.** 532 φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην.
= v. 62.

8) **Mon.** 549 ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Cf. v. 69 ψυχῆς χαλινὸς νοῦς ἐχέφρων καὶ θεῖος. — A textum editum offert, B mancum versum: ψυχῆς μέγας χαλινὸς ὁ νοῦς πέλει exhibet; cf. praeterea Biantis sententia apud Apostolium XVIII 54[b] ψυχῆς μέγας χαλινός ἐστιν ὁ νοῦς, quam auctoris nomine suppresso tamquam locum communem laudat codex Parisinus Gr. n. 1168 f. 162[r] n. 220 (sive Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 151)[1]), ad Euripidis Antiopam prave refert Maximus 2 p. 535, 28.

9) **Mon.** 550 ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.
Cf. v. 68 ψυχῆς νοσούσης φάρμακον ἡδὺς λόγος. Similiter metrum depravat codicis B scriptura: ψυχῆς νοσούσης φάρμακόν ἐστιν (φάρμακον ἐστὶν Cod.) λόγος, sed apud Gregorium interpolatoris vestigia tenemus, adiectivum desiderantis. Eadem ratione incertus auctor „de vita Aesopi" p. 48, 2 sententiam ὁ ἀγαθὸς λόγος ἰατρὸς τῶν κατὰ ψυχὴν πόνων effinxit ex Mon. 622 ὁ λόγος ἰατρὸς τῶν κατὰ ψυχὴν σοφοῦ (l. πόνων)[2]). Contrariam medicinam reposcere videtur Mon. 346 μέγιστον ὀργῆς ἐστι φάρμακον λόγος, ubi ὀργῆς ἐστι Meinekius pro ἐστιν ὀργῆς reposuit. Malim: μέγιστον ὀργῆς φάρμακον <χρηστὸς> λόγος cf. Mon. 37 ἆρ' ἐστὶ θυμοῦ φάρμακον χρηστὸς λόγος[3]), tum Mon. 319 λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος[4]), Euripides fr. 962, 1 sq. ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρ-

[1]) „Wiener Studien" vol. XI (1889) p. 39.

[2]) Cf. Menandrea p. 372; νόσων maliut F. W. Schmidtius, Kritische Studien zu den griechischen Dramatikern etc. vol. II (1886) p. 495 et Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum Fragmenta I (1890) p. 171.

[3]) Addi possunt Euripides Electr. 358 ἀντὶ γὰρ χρηστῶν λόγων, Hec. 1239 χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων, Heracl. 555 τόλμῃ τε τόλμαν καὶ λόγῳ χρηστῷ λόγον, Menander fr. 652, 2 ὅταν τε περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις, fr. 767 (sive Mon. 352) μισῶ πονηρόν, χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον, Menander apud G. Meyerum, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 59 p. 277: πολλῶν λόγος μὲν χρηστός, ὁ δὲ τρόπος κακός. Etiam Mon. 577 λύπης ἰατρός ἐστιν ὁ χρηστὸς φίλος equidem λόγος pro φίλος scripserim. — Mon. 37 sine iusta causa pluralem χρηστοὶ λόγοι requirit Blaydesius o. l. p. 228.

[4]) Versus ad Menandri fragmentum (n. 591 K.) pertinet, quod Stobaeus servat Flor. CXIII 14: τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς | χρεία 'στ' ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου |

μακον κεῖται νόσῳ· | λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων (ubi legendum φίλου cum Sotione in Stobaei Flor. CXIII 15), 1065 λόγοι γὰρ ἐσθλοὶ φάρμακον φόβου (νόσου conieci in Menandreis p. 367; θυμοῦ temptat Blaydesius Advers. I p. 163) βροτοῖς, Menander fr. 630 οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον | ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου (εὐμενοῦς?) φίλου, fr. 113, 2 sqq. λόγος | εὔκαιρος εἰς τὰ σπλάγχνα κολληθεὶς φίλων | εὐψυχίαν παρέσχε τῷ λυπουμένῳ, Demophilus Similit. 48 τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπιλύει, ὁ δ' ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς. — Sed. Mon. 610 λύει δὲ λύπην παντὸς ἀνθρώπου λόγος vix recte Blaydesius o. c. p. 170 χρηστὸς pro παντὸς corrigit [1]). Praestat πᾶσαν, in quam coniecturam etiam A. Nauckium incidisse video (Mélanges Gréco-Romains, vol. VI fascicul. I — 1892 — p. 102): cf. Nicetas Eugenianus I 269 λύπης γάρ ἐστι φάρμακον πάσης λόγος, — Diphilus fr. 117 λύπης δὲ πάσης γίνετ' ἰατρὸς χρόνος, Menander fr. 677 πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν | χρόνος ἐστίν, Critias fr. 2 p. 774 N. (sive potius Menander; cf. Meinekius, Fragm. Comic. Graec. vol. IV p. XIII) ὁ χρόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.

10) Mon. 587 ὕπουλος ἀνὴρ δίκτυον κεκρυμμένον.

= v. 58. De versus sententia cf. Menander fr. 689 πρᾶον κακοῦργος σχῆμ' ὑπεισελθὼν ἀνὴρ | κεκρυμμένη κεῖται παγὶς τοῖς πλησίον, ubi et Meinekius et Kockius genuinam lectionem πανοῦργος (pro κακοῦργος) ab Antonio oblatam (II 53 p. 121, 45) alto silentio premunt. Ad Menandrum auctorem etiam noster locus redire videtur, neque ullam probabilitatis speciem Meinekii sententia praebet, qui propter nominis ἀνὴρ mensuram iambographi fetum adgnoscit; nimirum vox ἀνὴρ in mendo cubat, neque du-

---

λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν λόγος. Recte enim Meinekius ex nostro loco λόγος pro φίλος reposuit. Variae lectiones οἶδεν ἰᾶσθαι et οἶδε θεραπεύειν eundem sensum praestant, genuinum textum meo quidem indicio Stobaeus memoriae tradidit. — Ceterum occasione data Comici incerti versum λύπης θεραπεία γνησίου φίλου λόγοι adponere placet, quem ex Gnomologii Barocciani sententia (n. 239) λύπης θεραπεῖαί εἰσιν λόγοι φίλου γνησίου feliciter Bywater eruit, nisi quod θεραπεῖαι recipiendum esse duxit; nostram scripturam θεραπεία commendat codex Parisinus Gr. 1168, quiquidem in eadem gnoma singularem numerum adgnoscat cf. Wachsmuthius ad Gnomol. Byzantin. n. 244 (Studien zu den griechischen Florilegien p. 204). Aliter codex Parisinus Gr. n. 2991 A apud Boissonadum, Anecd. Gr. vol. III p. 471, 14 λύπης θεραπεία ἐστὶ γνήσιος φίλος, unde trimeter: λύπης θεραπεία γνήσιος φίλος πέλει facili opera elici potest.

[1]) Ibidem etiam εὐμενοῦς ἀνδρὸς pro παντὸς ἀνθρώπου conicitur; ἀγανὸς pro παντὸς temptat F. W. Schmidtius, Kritische Studien vol. II (1886) p. 495.

bito, quin pro ἐστι perperam se insinuarit [1]). Simili ratione Mon. 10. 40. 51. 183. 551 (= 701). 693 ἀνήρ in quibusdam libris manuscriptis spondeum efficit: Mon. 10 ἀχάριστος, ὅςτις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ E (Vindob. Theol n. 128) ἀνήρ pro ὅςτις offert, — Mon. 40 (= Menander fr. 686, 1) ἀνὴρ ἀχάριστος μὴ νομιζέσθω φίλος codices modo ἀνὴρ ἄχρηστος et ἀνὴρ ἀμνήμων, modo ἀχάριστος ἀνήρ et ἄχρηστος ἀνήρ praebent, — Mon. 51 ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων in C (Laurentian. Plut. LX n. 14) ἄβουλος ἀνήρ pro ἀνὴρ ἄβουλος legitur, — Mon. 183 εὔπειστον ἀνὴρ δυςτυχὴς καὶ λυπούμενος Meinekius corruptis numeris succurrens duas coniecturas protulit: εὔπιστον ἀτυχής ἐστ' ἀνὴρ λυπούμενος (vol. IV p. 365) et εὔπιστόν ἐστι δυςτυχῶν λυπούμενος (vol. V p. 110); equidem Menandri fragmentum adgnosco a Stobaeo (Flor. CIV 5) servatum: εὔπιστον ἀτυχῶν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει [2]), — Mon. 451 (= 701) πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατὴρ C textum: πρὸς υἱὸν ὀργὴν χρηστὸς ἀνὴρ οὐκ ἔχει exhibet [3]), sed alteram memoriam praeter K (Vatic. Gr. n. 915) E PV confirmat Stobaeus Flor. LXXXIII 14, qui Chaeremoni (35 p. 790 N.) versum vindicat, — Mon. 693 ὀχληρὸς ἀνήρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων Meinekius haec (vol. IV p. 373): nisi iambographi versus est, legendum praeeunte Brunckio: ὀχληρός ἐστιν ἐν νέοις ἀνὴρ γέρων. Reponendum omnino cum C: ὀχληρός ἐστ' (ὀχληρὸς ἔστ' Cod.) ἄνθρωπος ἐν νέοις γέρων.

11) Mon. 588 ὕδωρ θαλάσσης ὁ τρόπος τῶν δυςκόλων.
= v. 59.

12) Mon. 752 ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν.
= v. 70.

---

1) Bothius ἀνὴρ ὕπουλος pro ὕπουλος ἀνὴρ sribendum esse censet. Scripturam traditam adgnoscit Schol. 6 ad Joannis Climaci Scal. Paradisi Grad. XXIV (Patrol. Gr. vol. LXXXVIII p. 985 C).

2) Quae secuntur verba: τὸν πλησίον γὰρ οἴεται μᾶλλον φρονεῖν | ὁ τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἰδίοις πταίων ἀεὶ L. Dindorfii (Thesaur. vol. III p. 2392 C) coniecturam εὔπαιστον confirmant. In eandem etiam Meinekius incidit, ipse tamen sui immemor Mon. 183 εὔπιστον temptavit, suspicacem infelicis hominis naturam designari ratus. Ceterum F (cod. Vindob. philol. n. 167) εὔπαιστον exhibet. Versum εὔπαιστόν ἐστι δυςτυχὴς ἀνὴρ ἀεὶ elicuit Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum Fragmenta I (1890) p. 165.

3) Eodem ducit fortasse evanida codicis I (Vatic. Gr. 305) scriptura, ubi verba πρὸς υἱὸν ὀργὴν χ etiamnunc dispici possunt. Sed quaestionem dirimere non audeo, praesertim cum Urb. 167 (II 13 p. 444 Meyer) aliam corruptelam prodat: πρὸς υἱὸν ὀργὴν χρηστὸν (sic) πατὴρ οὐκ ἔχει.

13) Mon. B: ῥυπαρὸς ὑπάρχων χρηστὸν οὐχ ἕξεις φίλον.
Cf. v. 46 ῥυπαρὸς ὢν οὐχ ἕξεις ἄριστον φίλον. Scripturam ὢν etiam B praebet cf. p. 177 supra.

14) Mon. A. B: ὦ γῆρας ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.
— v. 71.

Sed haec sufficient. Iam eo deducta est quaestio, ut et commode perorari et facile dirimi possit. Sat amplum versuum numerum ad antiquos auctores referendos esse luculentissima testimonia evincunt, versus autem duodeviginti simul et in conlectione nostra et apud Gregorium Nazianzenum recurrunt. Quodsi omnes in utraque parte calculos ponimus, haec summa est conclusionis, ut ipse Theologus nostram Monostichorum syllogen ex antiquis fontibus concinasse putandus sit. Cui sententiae grave pondus inde accedere videtur, quod aliud Gregorii opusculum eadem ratione compositum ad nostram memoriam permansit: στίχων ἡ ἀκροστιχὶς τῶν πάντων στοιχείων, ἑκάστου ἰάμβου τέλος παραινέσεως ἔχοντος (Carm. I 2 n. 30, Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 908 sqq.):

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιοῦ Θεόν.
Βίου τὸ κέρδος, ἐκβιοῦν καθ' ἡμέραν.
Γίνωσκε πάντα τῶν καλῶν τὰ δράματα.
Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον δ' εὐπορεῖν κακῶς.
Εὐεργετῶν νόμιζε μιμεῖσθαι Θεόν.
Ζήτει Θεοῦ σοι χρηστότητα χρηστὸς ὤν.
Ἡ σὰρξ κρατείσθω καὶ δαμαζέσθω καλῶς.
Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς.
Ἵστη μὲν ὄμμα, γλῶσσα δὲ στάθμην ἔχοι.
Κλεὶς ὠσὶ κείσθω, μηδὲ πορνεύοι γέλως.
Λύχνος βίου σοι παντὸς ἡγείσθω λόγος.
Μή σοι τὸ εἶναι τῷ δοκεῖν ὑποῤῥέοι.
Νόει τὰ πάντα, πρᾶσσε δ' ἃ πράσσειν θέμις.
Ξένον σεαυτὸν ἴσθι καὶ τίμα ξένους.
Ὅτ' εὐπλοεῖς, μάλιστα μέμνησο ζάλης.
Πάντ' εὐχαρίστως δεῖ δέχεσθαι τὰ Θεοῦ.
Ῥάβδος δικαίου πλεῖον ἢ τιμὴ κακοῦ.
Σοφῶν θύρας ἔκτριβε, πλουσίων δὲ μή.
Τὸ μικρὸν οὐ μικρόν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.
Ὕβριν χαλίνου, καὶ μέγας ἔσῃ σοφός.
Φύλασσε σαυτόν, πτῶμα δ' ἄλλου μὴ γέλα.
Χάρις φθονεῖσθαι, τὸ φθονεῖν δ' αἶσχος μέγα.
Ψυχὴ θύοιτο μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν Θεῷ.
Ὦ τίς φυλάξει ταῦτα καὶ σωθήσεται;

Corpusculum habes ita digestum, ut singulorum versuum principia singulas alphabeti litteras proponant. Eandem rationem [1]) prodit codex Vaticanus Gr. 845 (chartaceus in 4⁰, s. XIV), quem littera D insignire placet. Continentur illic f. 139ʳ sq. γνῶμαι (γνώμαι Cod.) Μενάνδρου μονόστιχοι κατὰ ἀλφάβητον, scilicet Mon. 29. 76. 105. 119. (f. 139ᵛ) 143. 196. 207. 232. 268. 273. 316. 358. 375. 390. 423. 453. 473. 714. 502. ὑπὲρ σεαυτοῦ (σε αὐτοῦ Codex) καὶ φίλων μάχου πάνυ [2]), qui versus ad unum omnes ex fontibus vetustis sunt hausti. Contra Gregorius Nazianzenus manifesto suas ipse vires periclitatus est, quamquam cavere non potuit, ne memoria deceptus alienis fontibus hortulos suos inrigaret. Quod indicium inprimis ad duos versus, tertium et octavum, pertinet, quos quidem argumentis extrinsecus adhibitis Theologo abiudicare possumus [3]).

Ordiamur a versu: θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς. Recurrit ille quidem inter Aesopi praecepta ad Aenum p. 47, 5 sq. (Westermann) [4]), quae plurimis locis ex antiquis Monostichis Menandreis fluxerunt; cf.

M o n. 1 ἄνθρωπον ὄντα δεῖ φρονεῖν τἀνθρώπινα.

Vit. Aesopi p. 46, 8 sq. (= n. IVᵃ Schenkl) ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπινα φρόνει, unde recte Nauckius (Trag. incert. n. 308 p. 898) ἀνθρώπινα pro τἀνθρώπινα recepit cf. poeta [Epicharmus] apud Aristotelem Rhetor. II 21 p. 1394ᵇ 24 θνατὰ χρὴ τὸν θνατόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν, Antiphanes fr. 289 (sive Mon. 173; cf. p. 179 supra) εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει, Sophocles fr. 321 καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα, fr. 531, 1 θνητὰ φρονεῖν χρὴ θνητὴν φύσιν, Euripides Alcest. 799 ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών, — Aeschylus Pers. 820 ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν

---

[1]) Alia artificii illius exempla indicavit Boissonade Anecd. Gr. vol. I p. 161; cf. etiam vol. IV p. 436 sqq. et nota ad Anth. Pal. IX 524 (vol. II p. 224 Duebner).

[2]) Exciderunt sententiae quattuor, quae a litteris Φ, Χ, Ψ, Ω inciperent. Ultimum versum etiam C (codex Laurentianus Plut. LX n. 14) offert f. 76ᵛ, ubi φίλου extat cf. omnino Mon. 735 ὑπὲρ γυναικὸς καὶ φίλου πονητέον.

[3]) V. 4 ex Anonymi Scholiis in Aphthonium (vol. II p. 23, 4 Walz) et Doxopatri Homiliis (ibid. p. 299, 1) inter Comicorum Graecorum fragmenta recepit Kockius (vol. III p. 457 n. 273); attamen locum ex Gregorii carmine fluxisse inde sequitur, quod Doxpater simul et v. 2 (βίου τὸ κέρδος ἐκβιοῦν καθ' ἡμέραν) et v. 10 (κλεὶς ὠσὶ κείσθω, μηδὲ πορνεύοι γέλως) adponit: p. 298, 29 et p. 299, 8.

[4]) θυμοῦ κράτει editor in textu exhibet, sed varia lectio θυμὸν χαλίνου sine haesitatione ex margine codicis Vratislaviensis (C) recipienda erat. Genuina scriptura a codice Britannico Add. 17015 oblata fugit etiam H. Schenkelium, Αἰσώπου παραινέσεις n. 18 (Florilegia duo Graeca p. 16), qui libellus 'Curis Menandreis' iam absolutis in manus nostras pervenit.

ὄντα χρὴ φρονεῖν, Euripides fr. 76, 2 φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα, Demonax fr. 3 p. 827 N. θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς, Mon. 243 θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρονῆς ὑπέρθεα [1]), 603 θνητὸς γεγονὼς ἄνθρωπε μὴ φρόνει μέγα, Georgides Boissonadi (Anecd. Gr. vol. I) p. 43, 10 θνητὸν λαχὼν τὸ σῶμα μὴ φρόνει μέγα.

Mon. 7 ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα.
Vit. p. 47, 22 sq. (n. XXXII[b]) πάντα γὰρ καιρῷ ἰδίῳ ἔχει χάριν.

Mon. 8. ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.
Vit. p. 46, 6 (n. II[a]) ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης. Dubitari tamen potest, num ex Monostichis Vitae auctor versum hauserit; quae enim sequitur sententia (n. II[b]) αἱ ταύτης γὰρ δόσεις οὐκ εἰσὶν ἔμμονοι arcte cum praecedentibus verbis cohaerent, ac facile metro eandem adstringas: οὐκ ἔμμονοι γάρ εἰσι ταύτης αἱ δόσεις. Quodsi nostra coniectura recto stat talo, novum Hippothoontis Tragici fragmentum lucramur, quandoquidem versum ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης Hippothoonti diserte vindicant Stobaeus Flor. XXII 25 (qui unicus est Nauckii testis fr. 1 p. 827), Maximus 67 p. 684, 8, Apostolius III 8.

Mon. 9. ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.
Vit. p. 46, 10 (n. V[a]) ἄδικον τὸ λυπεῖν ἑκουσίως τοὺς φίλους.

Mon. 13 (sive Menander 771) ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν.
Vit. p. 46, 10 sq. (n. V[b]) τὰ δὲ συμβαίνοντα [ἀνδρὶ] γενναίως δεῖ φέρειν cl. p. 47, 20 sq. (n. XXX) ἐπὶ δὲ τοῖς συμβαίνουσι μὴ λυποῦ, ἀλλὰ φέρε γενναίως. Cf. omnino Nauckius ad Sophoclis fr. 296 p. 199 sq.

Mon. 14 ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.
Vit. p. 46, 9 (n. IV[b]) ἄγει γὰρ τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην cf. etiam infra.

Mon. 19 ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.
= Vit. p. 46, 10 sq. (n. XIII).

Mon. 43 αὐτὸς πενόμενος τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.
Vit. p. 47, 2 (n. XVI[a]) τοῖς εὖ πράττουσι μὴ φθόνει, ubi τοῖς εὖ πράττουσι eodem iure pro τοῖς ἔχουσι ponitur, quo codex Parisinus Gr. n. 1168 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 153, 4 τοῖς εὐτυχοῦσιν offert cf. quae dixi in Menandreis p. 336.

---

[1]) Codicum PV scripturam reduxi; Meinekius praeeunte Brunckio Demonactis locum a Stobaeo servatum (Flor. XXII 16) substituisse satis habuit, sed aut diversi sunt versus aut certe sylloge PV genuinum Demonactis textum praebet. Blaydesii coniecturas (Adversar. I p. 165 et 228) equidem probare non possum.

Mon. 46 sq. ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν.
Vit. p. 46, 5 sq. (n. I) πάντες ἐσμὲν εἰς τὸ (τοῦ C pro εἰς τὸ) νουθετεῖν σοφοί, αὐτοὶ δὲ ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

Mon. 80 γλώσσης μάλιστα πανταχῇ [1]) πειρῶ κρατεῖν.
Vit. p. 46, 21 (n. XIV^b) τῆς δὲ γλώττης σου ἐγκρατὴς γίνου.

Mon. 131 δόλιον γὰρ [2]) ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον.
Vit. p. 46, 18 (n. XII^a) πάντα δεινὸν ἄνδρα φεῦγε.

Mon. 297 καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά.
Vit. p. 47, 7 sq. (n. XIX^a) παρηκμακὼς μανθάνειν μὴ αἰσχύνου τὰ κρείττονα.

Mon. 317 λαβὼν ἀπόδος, ἄνθρωπε, καὶ λήψῃ πάλιν.
Vit. p. 47, 16 sq. (n. XXVII^a) λαβών τι ταχὺ προθύμως ἀπόδος, ἵνα πάλιν λάβῃς.

Mon. 336 μιμοῦ τὰ σεμνά, μὴ κακοὺς μιμοῦ τρόπους.
Vit. p. 47, 21 sq. (n. XXXI) πονηρὰ δὲ μὴ βουλεύου, μηδὲ τρόπους κακῶν μιμήσῃ, ac revera μιμοῦ κακῶν (sic) τρόπους pro κακοὺς μιμοῦ τρόπους offert E (Vindob. Theol. n. 128). Prior pars ex Mon. 714 σύμβουλος ἐσθλός, μὴ κακὸς γίγνου φίλοις videtur fluxisse.

Mon. 357 μακάριος ὅςτις ἔτυχε γενναίου φίλου.
Vit. p. 48, 2 sq. (n. XXXVIII) μακάριος ὅςτις ἔτυχε γνησίου φίλου.

Mon. 400 ξένους ξένιζε· καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ.
Vit. p. 47 sq. (n. XXXV) ξένους ξένιζε καὶ προτίμα καὶ παροδίτας τίμα, μήποτε καὶ σὺ ξένος γένῃ, qua sententia versus ξένους ξένιζε (προτίμα), μήποτε σὺ ξένος γένῃ innui videtur. Codex Parisinus 1168 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 157, 11 ξένους προτίμα. καὶ σὺ γάρ ποτε ξένος ἔσῃ exhibet, unde recte editor versum ξένους προτίμα· σὺ γὰρ ἔσῃ ξένος ποτέ eruit. Scripturam προτίμα confirmant Mon. 618 ξένον προτίμα καὶ φίλον κτήσῃ καλὸν et 686 ξένον προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις (l. πάγκαλον ἀνθρώποις sive potius πάγκαλον βροτοῖς) [3]) ἔθος. Eandem etiam in versu nostro servarunt E (Vindob. Theol. n. 128) et J (Vatic. Gr. n. 305), quorum alter in posteriori versus parte exhibet: καὶ γὰρ

---

[1]) L. πανταχοῦ cf. supra p. 178 sq.

[2]) L. τὸν δόλιον (pro δόλιον γὰρ) cum P.

[3]) καλὸν ἐν ἀνθρώποις coniecit F. W. Schmidtius Kritische Studien vol. III p. 85.

ποτε ξένος ἔσῃ, alter καὶ σὺ γὰρ ξένος γένῃ. Particula γ' carent F (Vindob. philol. n. 167), G (Palat. Gr. n. 122), H (Laurentianus Plut. X 22), neque dubitari potest, quin postea ad numeros fulciendos adiecta sit. Simili ratione in Hippothoontis versu apud Stobaeum Flor. LXVII 13 et LXVIII 14 (fr. 3, 1 p. 828 N.) ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος varia interpolationis genera Monostichorum codices ad v. 193 praebent, scilicet: ζ. γ. οὐκ ἐλεύθερός γ' ἔσῃ P, ζ. γ. οὐκ ἐλεύθερος ἔσῃ V, ζ. γ. οὐκ ἔτ' ἂν ἐλεύθερος C (Laurentianus Plut. n. LX 14), ζ. γ. οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος (ἐλεύτερος F) F G H.

Mon. 428 οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.
Vit. p. 47, 24 (n. XXXIV) καιρὸς γὰρ παρέχει καὶ πάλιν ἀφαιρεῖται, — sed fortasse verba illa arcte cum praecedentibus cohaerent l. 23 (n. XXXIII) πάντα γὰρ θάλλει καὶ πάλιν μαραίνεται, quibus versum ἅπαντα θάλλει καὶ πάλιν μαραίνεται effici perspexit Nauckius fr. 574 (Trag. Incert.) p. 953.

Mon. 488 σὺν τοῖς φίλοισιν εὐτυχεῖν ἀεὶ θέλε.
Vit. p. 46, 15 (n. VII[b]) τοὺς δὲ φίλους κατὰ πάντα εὐτυχεῖν θέλε, ubi Monostichi sensus paulum inflectitur.

Mon. 502 τῶν δυςτυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος.
Vit. p. 48, 4 sq. (n. XXXIX) οὐδεὶς γὰρ κακῶς πράσσοντι γίνεται καλὸς φίλος, ubi καλὸς (κακὸς tacite invexit Schenkelius p. 18) variam lectionem εὐγενὴς innuit, quam pro εὐτυχὴς codices G (Palat. Gr. n. 122) et H (Laurentianus Plut. X n. 22) exhibent. Ex mea quidem sententia et εὐτυχὴς et εὐγενὴς et codicis F (Vindob. Phil. n. 167) scriptura κεὐτυχὴς interpolatorem produnt; τῶν δυςτυχούντων οὐδὲ εἷς φίλος habet Apostolius XVII 45[a], unde genuinus emergit textus: τῶν δυςτυχούντων <ἐστὶν> οὐδὲ εἷς φίλος sive τῶν δυςτυχούντων οὐδὲ εἷς <ἐστιν> φίλος cf. Mon. 510 τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς, Philistion apud G. Meyerum, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion 167 p. 284 ἐν ἀπορίαις γὰρ οὐδὲ εἷς ἔσται φίλος.

Mon. 592 χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντα πρὸς τὸ φῶς ἄγει.
Vit. p. 48, 5 (n. XL) πάντα δὲ τὰ καλυπτόμενα ὁ χρόνος εἰς φῶς ἄγει, — cf. supra p. 183, ubi πάνθ' ὅλως εἰς φῶς pro πάντα πρὸς τὸ φῶς conieci.

Mon. 622 ὁ λόγος ἰατρὸς τῶν κατὰ ψυχὴν σοφοῦ.
Vit. p. 48, 2 (n. XXXVII) ὁ ἀγαθὸς λόγος ἰατρός ἐστι τῶν κατὰ ψυχὴν πόνων, unde πόνων pro σοφοῦ recipiendum esse censeo cf. p. 187.

Quodsi omnia illa exempla perpenderis, non leviter ac temere, sed inita subductaque ratione versum θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς ad vetustam Monostichorum conlectionem a nobis relatum esse facile concedes. De sententia cf. Mon. 574 θυμὸν φυλάττου· τὸ φρονεῖν γὰρ οὐκ ἔχει. Hinc saepissime ira cum insania componitur cf. Cleaenetus fr. 2 p. 807 N. λύπη γὰρ ὀργή τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον | ἐλθόντα μανία τοῖς ἔχουσι γίγνεται, Philemo fr. 184 μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα, Tragicus incertus fr. 175 p. 875 N. ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω, Euenus Parius apud Stobaeum Flor. XX 2 πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν | κρυπτόμενον, μανίας πουλὺ χερειότερον, — Plutarchus Apophth. p. 199 A (n. 16) et Stobaeus Flor. XX 68 (de Catone Maiore: Jordan p. 107 n. 56) τὸν ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν, Galenus de affect. cur. 5 (vol. V p. 22 Kuehn) ὅτι γὰρ ὁ θυμὸς οὐδὲν ἀποδεῖ μανίας, ἐξ αὐτῶν ἤδη ὧν ποιοῦσιν οἱ θυμούμενοι μαθεῖν ἔστιν (cf. etiam „de Hippocratis et Platonis placitis" V 7 ibid. p. 499 sqq.), Plutarchus de educ. 14 p. 10 E πειρατέον οὖν εἰς ὅσον οἷόν τέ ἐστι τούτοις παραδείγμασι χρωμένους τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς, de garrul. 4 p. 503 D μανίᾳ γὰρ ὁμότοιχος μὲν ἡ ὀργὴ κατ' ἐνίους, ἡ δὲ μέθη σύνοικος [1]), Apollonius apud Stobaeum Flor. XX 49 τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία, Basilius Magnus Homil. X (adversus iratos) 1 (Patrol. Gr. vol. XXXI p. 356 C) μανία τίς ἐστιν ὀλιγοχρόνιος ὁ θυμός, cap. 6 (ibid. p. 368 A) παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργῶν (ὁ θυμὸς) μανία γίνεται, Joannes Chrysostomus Homil. XLVIII (in Joannem) 3 (Patrol. Gr. vol. LIX p. 273) ὀργῆς καὶ μανίας μέσον οὐδέν, Homil. XX (ecloga de ira et furore) ibid. vol. LXIII p. 689 ὅταν γὰρ περὶ τὸ στῆθος ὁ θυμὸς ζέσας διανιστᾶται καὶ ἀγριαίνῃ — καταγελάστως οἱ πόδες πηδῶσι καὶ ἐνάλλονται τοῖς κατέχουσι καὶ μαινομένων οὐδὲν διεστήκασιν, Themistius Or. I p. 7 B et XXII p. 269 D ἐγὼ — οἶμαι τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι, Choricius Gazaeus Fragm. 81 p. 297 (Boissonade) εὖ ἔφη τις τὸν θυμὸν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι, Achilles Tatius II 29 ἡ δὲ ὀργὴ περιυλακτοῦσα τὴν καρδίαν ἐπικλύζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ, Nilus de octo spirit. malitiae 9 (Patrol. Gr. vol. LXXIX p. 1154 C) ὀργὴ πάθος ἐστὶ μανιῶδες καὶ τοὺς ἔχοντας γνῶσιν ἐξίστησιν, Capit. Paraenet. 61 (ibid. p. 1253 C) κόλαζε τὸν θυμόν· μανίας γάρ ἐστι πατὴρ τὸ μέτρον ἐξερχόμενος [2]), de octo vitiis (ibid. p. 1453 C)

---

[1]) Poetae locus significatur. Similiter Antiphanes fr. 295 λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ, ubi λύπη bene habet cf. praeter Cleaeneti locum modo citatum Alexis fr. 296 λύπη μανίας κοινωνίαν ἔχει τινά, fr. 292, 2 λῦπαι ποιοῦσι τοῦ φρονεῖν μετάστασιν, Philemo fr. 106, 2 διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γίνεται.

[2]) Versui θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς verba illa adiunguntur in Scholio 4^b ad Joannis Climaci Scal. Paradisi Grad XXIV (Patrol. Gr. vol. LXXXVIII p. 985 B). —

ὀργὴ μήτηρ μανίας ὑπερζέσασα γίνεται, Photius Epist. I 8 cap. 88 (Patrol. Gr. vol. CII p. 685 C) θυμός ἐστιν ἔκστασις ἑκούσιος καὶ τῶν ἰδίων φρενῶν ἀλλοτρίωσις, — Cicero Tuscul. IV 23, 52 an est quidquam similius insaniae quam ira? quam bene Ennius[1]) initium dixit insaniae, 36, 77 ira vero, quae quamdiu perturbat animum dubitationem insaniae non habet, Horatius Epist. I 2, 62. ira furor brevis est, Seneca de ira I 1, 2 quidam itaque e sapientibus viris iram dixerunt brevem insaniam, II 36, 5 nulla celerior ad insaniam via est; multi itaque continuaverunt irae furorem, Epist. XVIII 14 delegabo te ad Epicurum[2]); ab illo fiet numeratio; inmodica ira gignit insaniam, de moribus 106 nihil interest inter iratum et insanum nisi unus dies: alter semper irascitur, alter semper insanit (ubi Catonis sententia delitescit)[3]), Macrobius Saturn. IV 2, 9 ira, quae brevis furor est, Arnobius adv. Gent. I 17 quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere?

Ad alterum Gregorii Nazianzeni versum accedo: γνώριζε πάντα τῶν καλῶν τὰ δράματα (v. 3). Eundem trimetrum leniter inmutatum adponit Nilus in Boissonadi Anecdot. Gr. vol. IV p. 438 v. 9 ἴχνευε πάντων τῶν σοφῶν τὰ δράματα. —

Nili corpusculum itidem 24 versus complectitur eademque ratione ac Theologi sylloge singulas alphabeti litteras singulorum versum principiis repraesentat. Quodsi de conlectionis illius fontibus quaerimus, plures Nili trimetros ex Monostichis Menandreis depromptos esse facili opera demonstrari potest cf.

Mon. 14 ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.

Nilus 1 ἄγει τὸ θεῖον τοὺς πονηροὺς εἰς δίκην. Ex Monostichorum codicibus unus E (Vindob. Theol. 128) εἰς adgnoscit, πρὸς con-

---

Trimetrum μή σοι τὸ εἶναι τὸ (sic) δοκεῖν ὑποῤῥέοι (cf. p. 190 supra) habes ibid. n. 41[e] ad Grad. XXVII (p. 1128 C); ac praeterea ad Theologum redeunt versus: βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα· | λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς φορουμένου· | οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις, quos quidem excitat Scholiastes in Climaci librum 'ad pastorem' cap. 11 n. 2[d] (ibid. p. 1172 A) ct. Carm. I 2 n. 33, 22 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 929 sq.).

[1]) p. 183 Vahlen, n. 547 Baehrens.

[2]) fr. 484 p. 305 Usener.

[3]) Cf. E. Woelfflinus Philol. vol. IX (1854) p. 681, qui ex codice Parisino Lat. n. 4841 hanc dicti formam protulit: inter iram (sic) et insanum nihil nisi dies distat: alter enim semper insanit, alter dum irascitur.

firmant Stobaeus Ecl. I 3, 44 p. 60, 4 (Wachsmuth), ubi versus noster auctoris nomine suppresso laudatur (Trag. inc. n. 498 p. 937 N.), et Vita Aesopi p. 46, 9 (cf. p. 192 supra), — extra omnem dubitationis aleam Urb. 27—29 p. 426 (Meyer) ponit, qui locum integrum memoriae prodidit: ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην· | ἀλλ' ἠλλάγη τὸ λεχθὲν ἐν τῷ νῦν βίῳ· | ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τἀγαθά.

Mon. 119 δίκαιος ἴσθι, ἵνα δικαίων τύχῃς.

Nilus 4 δίκαιον φιλῶν μοίρας δικαίων τύχῃς. Ceterum in Mon. 119 genuinam scripturam: δίκαιος ἴσθ', ἵνα καὶ δικαίων δὴ τύχῃς PV servant.

Mon. 186 ζήσεις βίον κράτιστον, ἂν θυμοῦ κρατῇς.

Nilus 6 ζήσεις βίον ἄριστον, εἰ ῥᾷστα δράττεις, ubi ultimam vocem frustra in suspicionem vocarunt G. Dindorfius (Thesaur. vol. II p. 1671 A) et Leutschius (Commentationis de Violarii ab Arsenio compositi codice archetypo particula prima p. 4). Nimirum Nilus legibus metricis, quae accentum in penultima syllaba conlocatum flagitarent, eo adductus est, ut δράττεις pro κρατεῖς reciperet cf. ad Mon. 379. 391. Ante oculos vero hunc versum misere foedatum habuisse putandus est: ζήσεις βίον ἄριστον, εἰ ῥᾷστα κρατεῖς· Revera scripturam ἄριστον exhibent C (Laurentianus Plut. LX n. 14), F (Vindobonensis philol. n. 167), G (Palatinus Gr. n. 122), H (Laurentianus Plut. X n. 22), K (Vaticanus Gr. 915), εἰ θυμοῦ κρατεῖς E (Vindobonensis theol. 128), I (Vaticanus Gr. 305), Urb. 82 (Z 1 p. 433 Meyer); — ἥδιστον pro κράτιστον I offert; κάλλιστον AB, haud male cf. Mon 78 βίον καλὸν ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ ἔχῃς (l. τρέφῃς cf. p. 178 supra), 527 φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίον κτήσῃ καλόν, Sophocles Electr. 393 καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος ὥστε θαυμάσαι.

Mon. 221 ἡδὺ σιωπᾶν ἢ λαλεῖν, ἃ μὴ πρέπει.

= Nilus 7. Recte PV κρεῖττον pro ἡδὺ suppeditant cf. Mon. 484 σιγᾶν ἄμεινον ἢ λαλεῖν, ἃ μὴ πρέπει.

Mon. 296 κρεῖττον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως.

Nilus 10 καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν ἢ ζῆν ἀτίμως. Lectionem καλὸν pro κρεῖττον etiam FK confirmant, eandemque pro genuina equidem habeo cf. Mon. 680 καλὸν τὸ νήφειν ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν, Boissonade ad Anecd. Gr. vol. I p. 29, Roulez Observat. critic. in Themistii orationes (Lovanii 1828) p. 53.

Mon. 316 λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσον.

Nilus 11 λύπη τοῖς ἀνθρώποις δὲ θάνατον φέρει. — Ceterum recte νόσους pro νόσον offerunt C (Laurentianus Plut. LX n. 14), PV;

eodem enim modo sub Euripidis nomine (fr. 1071) versum laudat Stobaeus Flor. XCIX 10. Locum Euripideum obversatum esse Choricio „pro mimis“ 14, 2 (Revue de philologie vol. I p. 2) scribenti: τὰ πλεῖστα γὰρ ἅπασιν ἀρρωστήματα λύπῃ κατὰ τὴν τραγῳδίαν συμβαίνει equidem Nauckio concedere non possum. Similis est Sophoclis versus fr. 602 τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι, ac saepius eandem sententiam Tragici pronuntiasse putandi sunt. Neque aliter de comicis poetis sentio cf. modo Antiphanes 107 ἅπαν τὸ λυποῦν ἐστιν ἀνθρώπῳ νόσος et Philemo fr. 106, 2 sq. διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γίνεται | πολλοῖσι καὶ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα. — Ad Mon. 316 nullam scripturae varietatem ex Urb. 114 (Λ 2 p. 437 Meyer) protraxit, ego in eodem codice (Urbin. Gr. 95 f. 183r) versum: λῦπαι βροτοῖσιν ἀπογεννῶσι νόσους repperi, unde novum Comoediae Atticae fragmentum: λῦπαι δὲ τοῖς βροτοῖς ἀπογεννῶσιν νόσους eruendum esse censeo.

Mon. 336 μιμοῦ τὰ σεμνά, μὴ κακοὺς μιμοῦ τρόπους.
Nilus 12 μιμοῦ τὰ σεμνά, μὴ μιμοῦ κακὸν τρόπον, quemadmodum Monostichorum versus in C (Laurentian. Plut. LX n. 14) et K (Vatic. Gr. n. 915) scriptus extat cf. etiam supra p. 193.

Mon. 379 νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.
Nilus 13 νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς θεοὺς εἶναι, ubi versus clausula Nili legibus metricis adcommodata est cf. ad Mon. 186; itaque reicienda est Nauckii coniectura εἶναι θεοὺς Trag. Gr. Fragm. ²p. XXII.

Mon. 391 ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ.
Nilus 14 ξένοις ἐπαρκῶν τοῖς ἴσοις λάβοις τότε, ubi Leutschius l. c. p. 5 τῶν ἴσων λάχῃς ποτέ coniecit rationis metricae ratione non habita cf. p. 197 ad Mon. 186.

Mon. 441 ὅρκον δὲ φεῦγε καὶ δικαίως κἀδίκως.
Nilus 15 ὅρκον ἔκφευγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς. Scripturam κἂν δικαίως ὀμνύῃς pro καὶ δικαίως κἀδίκως etiam sylloge PV adgnoscit; G (Palat. Gr. 122) et H (Laurentianus Plut. X n. 22) corruptum textum exhibent: ὅρκον φεῦγε καὶ δικαίως ὀμνύῃς cf. infra p. 205.

Mon. 444 πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον.
= Nilus 16.

Mon. 546 χρηστοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
Nilus 18 σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς δεῖ σοφόν τι μανθάνειν, unde σοφοῦ pro χρηστοῦ emendandum est: hoc praebent F (Vindobon. philol. n. 167) G H, illud confirmant PV, tum Euripides Rhes. 206, qui versus nostri est auctor cf. etiam Urb. 185 (Σ 5 p. 446)

σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς μανθάνειν χρηστὸν θέλε, Mon. 476 σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἐκδέχου (l. προςδέχου cf. p. 186 supra) συμβουλίαν.

Mon. 589 φῶς ἐστι τῷ νῷ πρὸς Θεὸν βλέπειν ἀεί.

Cf. Nilus 19 τέχνην ἐκπληροῖς, εἰ τὸν Θεὸν προςβλέπεις.

Luculentis igitur testimoniis nixi et Gregorii versum: γνώριζε πάντα τῶν καλῶν τὰ δράματα et Nili trimetrum: ἴχνευε πάντων τῶν σοφῶν τὰ δράματα ex eodem fonte manasse statuere possumus. Ac Nilus quidem pristinam scripturam servasse videtur, Theologus vero interpolatum textum usurpasse putandus est.

Interpolatoris vestigia adhuc tenemus in Monostichorum corpusculo, quod nuper [1]) e codice Parisino Gr. n. 690 Suppl. in lucem protraxi. Versus noster et illic recurrit v. 24 γνώριζε πᾶσι [2]) τῶν καλῶν τὰ πρακτέα, ubi codicis scriptura manum interpolatricem aperte prodit, quae quidem etiam δράματα ex libidine mutarit, cum eiusmodi clausula rationi metricae sequioris aevi repugnaret [3]).

Ceterum Gregorius Nazianzenus syllogen Parisinam etiam alibi imitando expressit, scilicet:

Mon. Paris. 41 Ἐρινύς ἐστιν ἡ φρενῶν ἀκοσμία.

Cf. Gregorius Carm. I 2 n. 33, 81 et 84 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 934) κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν—αἶσχος δ' ὁμοίως τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν. — Scriptura Ἐρινύς ex mendosa codicis Parisini memoria: ἐρημός elicui; expectatur αἶσχος γάρ sive ὄνειδος. Tradita scriptura recurrit apud Scholiastam ad Joannis Climaci Scal. Paradisi Grad. XXVII n. 19 (Patrol. Gr. vol. LXXXVII p. 1121 C).

Mon. Paris. 83 ἴδμων γεωργὸς τὴν βλάβην παρατρέχει

Cf. Gregorius Carm. I 2 n. 32, 53 (ibid. p. 920) κύβερνος ἴδμων φεύξεται τρικυμίας.

Mon. Paris. 114 νόμοις ὑπείκων οὐ τρέμεις ἐξουσίαν.

Cf. Gregorius Carm. I 2 n. 32, 51 (ibid. p. 920) νόμους φυλάττων τοὺς φόβους ἔξω βάλῃς.

Mon. Paris. 117 νίκη δίδωσι τοῖς πονοῦσι τὸ κλέος.

Cf. Gregorius Carm. I 2 n. 32, 132 (ibid. p. 926) νῖκαι γὰρ εἰςπράττουσι τὰς εὐφημίας. —

---

[1]) „Wiener Studien" vol. XIII (1891) p. 58—62.

[2]) Mendum adgnoscere debemus; πάντων recte Nilus exhibet, πάντα apud Gregorium circumfertur. attamen codex Parisinus Gr. n. 1227 distincte πάντων offert.

[3]) Nilus contra morem suum (cf. p. 197 ad Mon. 186 et p. 198 ad Mon. 379. 391) accentum in tertium gradum syllabarum recedere passus est.

Plures Meinekianae sylloges locos a Theologo repetitos iam supra tractavimus, ita tamen ut tantummodo versuum, qui ad syllogen AB ab ipso Gregorio Nazianzeno concinnatam pertinerent, ratio haberetur; nunc eos qui restant sub uno aspectu ponere placet:

Mon. 50 ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία.

Cf. Carm. II 1 n. 11, 991 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 1097) ὄντως ἀσυλλόγιστον ἡ πονηρία cl. Or. IV 42 (vol. XXXV p. 568 A) ἀλλ' ὄντως ἀσυλλόγιστόν τι πρᾶγμα ἡ πονηρία, ubi sententiam ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία ex Phocylide desumptam esse adnotavit Elias Cretensis. — Menandro versum nostrum vindicat Stobaeus Flor. II 6 (fr. 768).

Mon. 81 γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.

= Carm. I 2 n. 10, 586 (ibid. p. 722), — sed Gregorium non ex Monostichis locum hausisse versus qui nostro subicitur comprobat: μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν. Nimirum Charetis fragmentum (fr. 1 p. 826 N.) laudat, quod integrum Stobaeus Flor. XVII 3 memoriae mandavit: γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν· | μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν· | ἀεὶ δὲ τοῦ δοθέντος ἐνδεῖται πλέον· | ὅστις δὲ γαστρὸς μὴ κρατεῖν ἐπίσταται, | οὗτος τὰ πλείω τῶν κακῶν ἔχει κακά.

Mon. 88 γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.

Ex duobus trimetris verba illa conflata esse iam Nauckius perspexit (Mélanges Gréco-Romains vol. II p. 193), qui Asch-Schahrastâni sententia [1]) nixus (das Lachen zur Unzeit ist ein Verwandter des Weinens) genuinam memoriam hanc fuisse suspicatur:

γέλως ἄκαιρος συγγενὴς θρήνοις ἔφυ.
γ . . . . ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.

Equidem non dubito, quin prioris versus pristinum textum servarit Urb. 75 (Γ' 11 p. 430) γέλως ἄκαιρος κλαυθμάτων παραίτιος, respexerit Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 33, 79 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 934) γέλως ἄτακτος [2]) ἐκφέρει καὶ δάκρυον —

[1]) Asch-Schahrastâni's Religionspartheien und Philosophen-Schulen zum ersten Male vollständig aus dem Arabischen übersetzt und mit Anmerkungen versehen von Dr. Th. Haarbrücker. Zweiter Theil (Halle 1851) p. 143.

[2]) ἄκαιρος longe praestat cf. Mon. 217 ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην, ubi F (Vindob. phil. 167) παρὰ καιρὸν offert, fortasse recte: etiam Mon. 466 ῥῆμα πάρακαιρον τὸν ὅλον ἀνατρέπει βίον recipienda videtur sylloges PV lectio παρὰ καιρὸν ῥηθὲν pro παράκαιρον

alterius autem versus lacuna quomodo explenda sit, nescio; varia enim excogitari et temptari possunt e. gr. γυνὴ πέφυκεν (γάμος πέφυκεν, γῆρας πέφυκεν, γέρων ἐραστής, γαστὴρ ἄναλτος) [1]) ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.

Mon. 123 δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Cf. Carm. II 1 n. 11, 374 (vol. XXXVII p. 1055) τίς γὰρ πεσούσης οὐ ξυλεύεται δρυός; — Gregorius manifesto ad proverbialem versus usum adludit, quem confirmant Scholiastes ad Theocriti Id. V 65, Appendix Proverbiorum II 1, Macarius III 39, Apostolius VI 36.

Mon. 159 ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ.

=Carm. I 2 n. 10, 588 (ibid. p. 723). Et hunc versum et Charetis fragmentum (v. 586 sq. cf. ad Mon. 81 p. 200) γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν· | μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν Theologus communi lemmate introducit v. 585 ἤκουσα τοῦτο τῆς σοφῆς τραγῳδίας. Quodsi Mon. 159 ab Athenaeo VI p. 270 C (sive Eustathio Thessalonicensi ad Homeri Od. 8, 267 p. 1596, 45) et a Scholiasta Ambrosiano ad Theocriti Id. X 9 p. 69, 1 (Ziegler) Euripidi (fr. 895) diserte vindicari reputaveris, etiam apud Gregorium fabulam Euripideam significari concedes.

Mon. 240 θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.

=Carm. I 2 n. 39, 2 (ibid. p. 968); sed Gregorii locus alium fontem indicat:

> ἔφησέ τίς που τῶν φιλοχρύσων τάδε.
> θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον·
> πρὸς ὅν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων·
> ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

Nimirum prior versus ad Diogenem Sinopensem redit (fr. 2 p. 809 N.), alterum postea homo nescio quis adiecit cf. quae dixi

---

τὸν ὅλον; ac revera τὸν ὅλον omittunt F, G (Palatinus Gr. n. 122), H (Laurentianus Plut. X n. 22), παρὰ καιρὸν pro παράκαιρον exhibent E (Vindob. Theol. n. 128) et F.

[1]) Cf. Homerus Od. 17, 228 βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον, 18, 364 βούλεαι, ὄφρ' ἂν ἔχῃς βόσκειν σὴν γαστέρ' ἄναλτον. Comoediae colorem prodit Gregorii versus Carm. I 2 n. 10, 593 (Patrol. Gr. vol. XXXVII p. 723) γαστὴρ δ' ἄναλτος εὗρε καὶ νεῶν δρόμον, de cuius sententia cf. Plautus Pers. 10 magister artis ingenique largiter venter. Voce ἄναλτος eodem sensu usus est Cratinus fr. 382.

ad Gnomol. Vatic. n. 97 („Wiener Studien“ vol. X—1888— p. 13).

Mon. 241 θεοῦ πέφυκε δῶρον εὐγνώμων τρόπος.

Cf. Carm. I 2 n. 33, 25 (ibid. p. 930) δῶρον Θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος, unde corrigendum Θεῷ μέγιστον[1]) δῶρον εὐγνώμων τρόπος cf. etiam Mon. 246 θυσία μεγίστη τῷ θεῷ τὸ εὐσεβεῖν, ubi neque Meinekii coniectura τό γ' εὐσεβεῖν, neque Nauckii commentum (Mélanges Gréco-Romains vol. II p. 734) τὸ θεοσεβεῖν satisfacit. Expecto: χρηστὸς τρόπος cf. Sextus apud Georgidam Boissonadi (Anecd. Gr. vol. I) p. 47, 21 et Joannem Damascenum π 9[2]) θυσία τῷ θεῷ γνώμη ἀγαθή, Publilii Syri Appendix v. 4 p. 364 (Ribbeck, Comicorum Romanorum fragmenta; ed. 2) honéstus animus deórum cultor óptimust, Demophilus Sent. 9 („Wiener Studien“ vol. VIII p. 267 n. 19) δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν. — Quae cum ita sint, τὸ εὐσεβεῖν non ex corruptela, sed ex interpolatione originem traxit.

Mon. 274 κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσει κακός.

Cf. Carm. I 2 n. 33, 190 (ibid. p. 942) κακοῖς ὁμιλῶν καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ, sed textum editum confirmat Mon. 475 σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός, quem versum primitus nostro praemissum esse conicio; cf. etiam syntagma codicis Parisini Gr. 1168 f. 154r n. 105 (sive Gnomologium ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα n. 73)[3]) κακοῖς συνεχῶς ὁμιλῶν γενήσῃ (γενήση Cod.) καὐτὸς ἐκείνοις ὅμοιος.

Mon. 300 καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.

Ad syllogen AB spectat Carm. I 2 n. 28, 145 (ibid. p. 867) καλῶς πένεσθαι κρεῖσσον ἢ πλουτεῖν κακῶς cf. supra p. 179. Ac pluriens Gregorius illum versum videtur ante oculos habuisse cf. Carm. II 1 n. 11, 1657 (ibid. p. 1145) καλῶς στέρεσθαι κρεῖσσον ἢ

---

[1]) Eodem modo μέγιστον in πέφυκεν abiit Mon. 602 ἡ δ' ἀργία πέφυκεν ἀνθρώποις κακόν, ubi genuinam scripturam in Mon. 212 ἡ δ' ἁρπαγὴ (l. ἡ δ' ἀργία) μέγιστον ἀνθρώποις κακὸν delitescere equidem persuasum habeo. — Ceterum cf. Incertus apud Boissonadum Anecd. Gr. vol. I p. 163, 15 δῶρον θεοῦ μέγιστον εὐχαριστία, Joannes Chrysostomus Exposit. in Psalm. IV 9 (Patrol. Gr. vol. LV p. 55) δικαιοσύνην μετέρχεσθε, δικαιοσύνην προσφέρετε· τοῦτο μέγιστον τῷ Θεῷ δῶρον, αὕτη θυσία δεκτή.

[2]) Sexti sententiarum recensiones Latinam Graecam Syriacas coniunctim exhibuit J. Gildemeister (Bonnae 1873) p. XLIX; cf. etiam „Wiener Studien“ vol. VIII (1886) p. 271 n. 44.

[3]) „Wiener Studien“ vol. XI (1889) p. 23.

κακῶς ἔχειν, II 2 n. 5, 260 (p. 1540) κρείσσων γὰρ πενίη πινυτὴ πλούτοιο κακίστου, — I 2 n. 33, 129 (p. 937) κρεῖσσον [1]) πενία μὴ δικαίας κτήσεως. Sed verba I 2 n. 10, 391 sq. (p. 708) πένης μέν ἐστι, τὸν τρόπον δὲ πλούσιος· | σοφὸν πένητα μᾶλλον ἢ Μίδαν κακὸν equidem e Comoedia [2]) sumpta esse mihi persuasi. Quam sententiam argumento et solido et iusto niti universa sententiarum series docet, quae apud Gregorium Nazianzenum inde a v. 384 usque ad v. 398 proponitur:

καὶ ταῦτ' ἐπαίνει τῶν σοφῶς εἰρημένων·
ὅτ' ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβῃς,
τοῦ δυστυχεῖν νόμιζε ἀῤῥαβῶν' ἔχειν.
Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, σαυτὸν αἰσχύνων·
τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν ἔχει φόβον.
Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεόν,
ὃν καὶ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.
Πένης μέν ἐστι, τὸν τρόπον δὲ πλούσιος·
σοφὸν πένητα μᾶλλον ἢ Μίδαν κακόν.
Ληρεῖ δέ μοι Θέογνις ὡς λῆρον πλατὺν
κρημνοὺς προτιμῶν τῆς ἀπορίας καὶ βυθούς,
κακῶς τε (l. γε) Κύρνῳ νομοθετῶν εἰς χρήματα.
Ὅμηρε καὶ σύ, πῶς τοσοῦτον ἀστάτῳ
πράγματι νέμεις, ὥστε φράσαι που τῶν ἐπῶν,
ὀπηδὸν εἶναι τὴν ἀρετὴν τῶν χρημάτων.

Totus enim locus ita est comparatus, ut praeter v. 391 sq. omnes sententias ad certos auctores referendas esse aliunde constet, scilicet:

v. 385 sq.) Menandro (fr. 697) vindicant Comparatio Menandri et Philistionis v. 109 sq. p. 27 Studemund (ubi recte ὅταν pro ὅτ' legitur) et sylloge G. Meyeri, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 156 sq. p. 283 (ubi v. 1 ὅτ' habes, v. 2 τοῦ δυστυχῆσαι μᾶλλον ἀῤῥαβῶν' ἔχε) [3]).

---

[1]) κρεῖσσόν γε scriberem, si versum ex antiquo scriptore depromptum esse comprobare possem; in Gregorio mensura: πενία (◡ — —) nihil offendit cf. Carm. I 2 n. 29, 253 (vol. XXXVII p. 903) et II 1 n. 45, 234 (ibid. p. 1370) ἀκοσμίη, I 1 n. 4, 86 (p. 422) ἀμετρίη, II 1 n. 1, 272 (p. 990) ἀπαιδίης, I 2 n. 29, 193 (p. 898) ἀτιμίη.

[2]) de nominis Μίδας usu cf. Aristophanes Plut. 287 et Philemo fr. 189; μᾶλλον recte poni, licet κρεῖσσον expectetur, supra docui p. 179 sq.

[3]) Sententiam: ὅταν ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβῃς, τότε δυστυχίας καὶ ἀδικίας νόμιζε ἀῤῥαβῶνα ἔχειν sub Sexti nomine offert Sylloge Φιλοσόφων λόγοι n. 83 (Florilegia duo Graeca ed. H. Schenkl p. 12).

v. 387 sq.) ad Menandrum (fr. 625) redit secundum Stobaei disertum testimonium (Flor. XVI 8), qui pro σαυτὸν αἰσχύνων scripturam αἰσχύνου δέ μοι offert. Volgo cum Bentleio legitur: μὴ πάντοθεν κέρδαιν', ἐπαισχύνου δέ μοι, — mihi corruptela latius serpsisse videtur, nec tamen certa emendatio in promptu est. Conieci: μὴ πάντοθεν κέρδαινε· σαυτὸν ἐντρέπου et μὴ πάντοθεν κέρδαιν'· ἐπίσχες αὑτόν, ὡς.

v. 389 sq.) Euripidi (fr. 20) adsignat Stobaeus Flor. XCIII 9, ubi recte χὠ pro καὶ extat.

v. 393 — 395) cf. Theognis 175 sq.: ἣν (scil. πενίην) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον | ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

v. 396 — 398) cf. Hesiodus Op. 311 πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. Gregorius memoria lapsus est, procul dubio propter Homeri Od. 8, 236 sq. ξεῖν', ἐπεὶ οὐκ ἀχάριστα μεθ' ἡμῖν ταῦτ' ἀγορεύεις, | ἀλλ' ἐθέλεις ἀρετὴν σὴν φαινέμεν, ἥ τοι ὀπηδεῖ cf. enim quae secuntur v. 399 sqq.:

φησίν· τόδ' εἶπον αὐτός, οὐχ οὕτως ἔχων,
γελῶν δὲ τοὺς ἔχοντας οὕτως ἀθλίως·
οὐ γὰρ δοκεῖ σοι τὴν θάλασσαν ἐκφυγὼν
Ὀδυσσεὺς [2]) ἐκεῖνος, οὗ τὰ πόλλ' ἀθλήματα,
ὀφθεὶς ἀλήτης τῇ βασιλίδι [3]) γυμνός,
καταιδέσας δὲ τῷ λόγῳ τὴν παρθένον
Φαίαξί τ' αὐτοῖς ἄξιος πλείστου φανεὶς
εἶναι προδήλως τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιον.

Mon. 308 κἂν τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος.

Cf. Carm. I 2 n. 10, 582 (p. 722) καὶ βαρβάροις γὰρ τῆς ἀρετῆς ἦν τις λόγος, unde καὶ pro κἂν legendum esse adparet; ac revera καὶ exhibet Urb. 99 (K 9 p. 435 Meyer), sed falso idem codex ἔρως pro λόγος offert.

Mon. 360 μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.

= Carm. I 2 n. 32, 61 (p. 921); cf. praeterea II 1 n. 12, 106 (p. 1174) ὁρᾷς πένητες οἷα δωροῦνται Θεῷ et I 2 n. 10, 554 (p. 720) ὧν αἱ χεῖρες ἔρρεον πολὺν | πλοῦτον πένησι πλουσίως (l. πλου-

1) L. Ὀδυσσεύς.
2) Adde: καί.

σίων cum codice Coisliniano) δωρουμένων. — Plenius fragmentum (μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον· | ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου τύχης) sub Menandri nomine (fr. 690) servant Comparatio Menandri et Philistionis v. 51 sq. p. 22 (Studemund) et corpusculum G. Meyeri, die athenische Spruchrede des Menander und Philistion v. 294 sq. p. 292 (ubi v. 2 ita est conceptus: ἐλέγχει γὰρ αὐτοῦ τὴν ἀχόρταστον γνώμην)[1]; addantur Menander fr. 1096, 1 αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ (l. πένης) et Euripides fr. 969, 1 οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης.

Mon. 441 ὅρκον δὲ φεῦγε καὶ δικαίως κἀδίκως.

Cf. Carm. I 2 n. 33, 169 (p. 940) ὅρκον δὲ φεῦγε πάντα, unde comprobatur F. W. Schmidtii coniectura (Kritische Studien zu den griechischen Dramatikern etc. vol. III p. 80) καὶ δίκαιον κἄδικον. — Altera versus forma: ὅρκον δὲ φεῦγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς (cf. p. 198) ex mea quidem sententia alium locum innuit: etenim praeceptum ipsum saepius recurrit cf. e. gr. Theognis 399 αἰδεῖσθαί τε φίλους[2]), φεύγειν τ' ὀλεσήνορας ὅρκους, Choerilus apud Stobaeum Flor. XXVII 1 ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι (l. ὀμνύναι cum Nauckio) οὔτε δίκαιον, Sosiades τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὑποθῆκαι apud Stobaeum Flor. III 80 (vol. I p. 90, 19 Meineke) et codex Parisinus Gr. 1630 in Boissonadi Anecd. Gr. vol. I p. 141, 12 ὅρκῳ μὴ χρῶ, Pythagoras apud Laertium Diogenem VIII 22 μηδ' ὀμνύναι θεούς· ἀσκεῖν γὰρ αὑτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν[3]), Sextus apud H. Schenkelium φιλοσόφων λόγοι n. 92

---

[1]) Ibidem sub Philistionis nomine habes v. 196 sq. p. 285 μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον· | ἢ μωρός ἐστιν ἢ πλανᾶσθαι βούλεται, v. 292 sq. p. 292 μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον· | οὗτος γὰρ αὑτοῦ τὸν βίον λυμαίνεται.

[2]) L. θεοὺς cf. Pythagoras Carm. aur. 1 sq. ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκεινται, | τίμα καὶ σέβου ὅρκον.

[3]) Facit huc historiola de Scyllo Pythagoreo apud Jamblichum Vit. Pythagor. 150 (cf. etiam 144), quam quidem de Clinia narrat Basilius Magnus 'de legendis libris gentilium' 5 (Patrol. Gr. vol. XXXI) p. 577 B (sive Symeon Metaphrastes Serm. XIV ibid. vol. XXXII p. 1296 D). — Pythagorae monitum paulo aliter reddit Diodorus Siculus X 9, 1 ὅτι ὁ Πυθαγόρας πρὸς τοῖς ἄλλοις παρήγγελλε τοῖς μανθάνουσι σπανίως μὲν ὀμνύναι, χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν cf. praeterea Jamblichus Vit. Pythagor. 47 προςήκειν δὲ τοῖς συνεδρίοις μηδενὶ καταχρήσασθαι τῶν θεῶν εἰς ὅρκον, ἀλλὰ τοιούτους προχειρίζεσθαι λόγους, ὥςτε καὶ χωρὶς ὅρκων εἶναι πιστοὺς (cl. §. 150), Hierocles ad Carm. aur. 2 (σέβου ὅρκον) p. 36, 7 sqq. (Mullach) μελέτη δὲ ἀρίστη τοῦ τηρεῖν τὸ περὶ αὐτὸν σέβας τὸ μὴ πυκνῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε χρῆσθαι τῷ ὅρκῳ, μηδὲ ἐπὶ τοῖς παρατυχοῦσι, μηδὲ εἰς ἀναπλήρωσιν λόγου, μηδὲ εἰς πίστωσιν διηγήματος, ibid. l. 17 sqq. τὸ δὴ σέβου ὅρκον οὐ μόνον εὐορκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπέχεσθαι ὅρκου παρεγγυᾷ· οὕτω γὰρ ἂν τηρήσαιμεν τὸ εὐορκεῖν, εἰ μὴ καταχρησοίμεθα τοῖς ὅρκοις.

(Florilegia duo Graeca p. 13) ὅρκου πιστότερον δέχου τὸν λόγον, τὸ δὲ ὀμνύειν φεῦγε. — De Essenis Philo Iudaeus 'quod omn. prob.' 12 (vol. II p. 458 M.) τοῦ μὲν οὖν φιλοθέου δείγματα παρέχονται μυρία—τὸ ἀνώμοτον (cf. insuper Decalog. 17 vol. II p. 194 M., ubi ipsius Philonis sententia proponitur) et Josephus Flavius B. I. II 8, 6 καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου· τὸ δὲ ὀμνύειν περιίστανται χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες, — non recte igitur Gregorius Nazianzenus Or. IV (contra Julianum I) 123 (Patrol. Gr. vol. XXXVI p. 663) adserit: ἐπίορκον δὲ ὀμόσαι οὕτω δεινὸν καὶ ὑπέρογκον, ὥςτε καὶ τὸν ὅρκον μόνον ἡμῖν (adluditur ad Evang. Matth. V 34) τυγχάνειν ἀπώμοτον.

Mon. 444 πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον.

